



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sacros. Concilii Tridentini Canones Et Decreta

Gallebart, Jean

Coloniæ Agrippinæ, 1621

Decretvm De Reformatione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39157

REMISSIONES.

Vide Fr. Emman. q. Regul. tom. i. q. 9. art. 6. & to. 2. q. 108. art. 2. in fine, & q. 112. art. 1. & to. 3. q. 23. art. 5. & in expl. Bul. Cruciatæ, §. 5. dub. 3. fol. 33.

¶ Non obstantibus. Vide Fr. Emman. d. to. 2. q. 73. art. 3.

DECRETVM DE REFORMATIONE.

CAPVT I.

Episcopi exemplo bono sint omnibus hominibus, abstineant ab immodica elargitione bonorum temporalium: similiter & Cardinales.

¶ Opotandum est, vt ij, qui Episcopale ministerium suscipiunt, quæ suæ sint partes, agnoscant; ac se non ad propria commoda, non ad diuitias, aut luxum, sed ad labores & sollicitudines pro Dei gloria vocatos esse intelligant, & necesse est dubitandum est, & fideles reliquos ad religionem, innocentiamque facilius inflammandos, si præpositos suos viderint non ea quæ mundi sunt, sed animarum salutem, ac cœlestem patriam cogitant. Hæc cum ad restituendam Ecclesiasticam disciplinam præcipua esse sancta Synodus animaduertat, admonet Episcopos omnes, vt secum ea sæpè meditantes, factis etiam ipsis, ac vitæ actionibus, quod est veluti perpetuum quoddam prædicandi genus, se muneri suo conformes ostendant: in primis verò ita mores suos omnes componant, vt reliqui ab eis frugalitatis, modestiæ, continentiæ, ac, quæ nos tantopere commendat Deo, & sanctæ humilitatis exempla petere possint. ¶ Quapropter, exemplo Patrum nostrorum in Concilio, & Carthaginensi, non solum iubet, vt Episcopi modesta suppellectili, & mensa, ac frugali victu contenti sint; verum etiam in reliquo vitæ genere, ac torâ eius domo caueant, ne quid appareat, quod à sancto hoc instituto sit alienum; quodque non simplicitatem, Dei zelum, ac vanitatum con-

a e magna, de voto, s. qualiter, & quando, de accus. Suprà, Sess. 22. de Reform. cap. 1. in prin.

b Psal. 101. Eccl. 3. 35. & 66. Matt. 10. & 18. c Conc. Carthag. 4. c. 13. Conc. Tolos. c. 7. c. Episcop. 4. 1. dist. c. pro reuerentiis, 4. 4. dist. Supr. Sess. 3.

a Conc. Antio. c. 25. c. quibus, c. sint manifesta, c. Episcopus, c. rei Ecclesia, cum seq. 13. q. 2. b Canon. A. post. 39. & 75. dist. 26. c. est probanda.

c Conc. Lat. sub Leone X. Sess. 9. de Reform. Curia.

temptum præ se ferat. *a* Omnino vero eis interdictum, ne ex redditibus Ecclesiæ confanguineos, familiares, aut augere studeant: cum & Apostolorum *b* Cænes probentur, ne res Ecclesiasticas, *γ* quæ Dei sunt, & ipsas vendant, sed si pauperes sint, ijs, ut pauperibus distribuatur, eas autem non distrahant, nec dissipent illorum causa: immo, quàm maximè potest, eos sancta Synodus moneat, *ζ* ut omnem humanum hunc erga fratres, nepotes, propinquosq; carnis affectum, unde multorum malorum in Ecclesia seminarium extat, penitus deponant. Quæ verò de Episcopis dicta sunt, eadem non solum in quibuscumque beneficiis Ecclesiasticis, tam secularia, quàm regularia obtinentibus, pro gradus sui conditione obseruari, sed & ad Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales pertinere discernit: quorum consilio apud Sanctissimum Romanum Pontificem cum vniuersalis Ecclesiæ administratio instituitur, nefas videri potest, non ijs etiam virtutum insignibus ac viuendi disciplina eos fulgere, quæ merito omnium in se oculos conuertant.

REMISSIONES.

a Vide P. Valer. Regim. in praxi fori p. 60. lib. 26. num. 69. vel secundum, P. Ledesm. in Sum. p. 2. tract. 32. cap. 3. de *delegatis* Obispos, concl. 24. dub. 1.

β Quapropter exemplo Patrum nostrorum, &c. Vide P. Azor. in Mor. p. 2. lib. 7. c. 8. q. 1. vers. At enim contra hos, pag. 237.

γ Quæ Dei sunt. Vide Innocent. in cap. Cum sepe, n. 3. de Cur. posses. & propr. Tiraque. de Constit. limit. 16. n. 3. Nau. Com. 2. de Regul. num. 3.

δ Consanguineis donent. Vide Ceual. Com. contra Com. in 1388. nu. 33. Fr. Ludou. Beiam. Respons. casum confitent. p. 2. cap. 1. fol. 240. Pat. Paul. Comitol. Respons. Moral. lib. 1. quaest. 70. num. 1. Cald. Pereira de Potestate elig. cap. 13. n. 13.

ε An Prælati possint bona Ecclesiæ suis cognatis in Emphyteusis concedere? Vide Concil. Brachar. 4. act. 5. c. 28. Menoch. Cons. 7. p. 1. & 4. cum seqq. Surd. de Alm. tit. 8. priuil. 92. n. 2. Flam. de Regula. 9. q. 17. n. 124. P. Azor. Inst. Moral. p. 2. li. 9. cap. 2. Cardoso in prim. d. dicum, verbo Emphyteusis, n. 21. Cald. d. cap. 13. n. 2. 8. & 11.

ζ Ut omnem humanum, &c. Vide Nau. de Spolijs Cleric. §. 1. p. 2. 64.

CAPVT II.

Professio fidei emittenda est ab omnibus gradum aliquem hic nominatum adepturis, aut beneficium Ecclesiasticum obtenturis, ipsis Vniuersitatibus, verbi diuini interpretibus, ac Doctoribus.

COgit temporum calamitas, & inualescentium hæretum malitia, vt nihil sit prætermittendum, quod ad populorum ædificationem, & Catholicæ fidei præsidium videatur posse pertinere. Præcipit igitur sancta Synodus Patriarchis, Primatibus, Archiepiscobus, Episcopis, & omnibus aliis, qui de iure, vel consuetudine in Concilio provinciali interesse debent, vt in ipsa prima Synodo provinciali, post finem præsentis Concilij habenda, ea omnia, & singula, quæ ab hac sancta Synodo definita, & statuta sunt, palàm recipiant, nec non veram obedientiam summo Romano Pontifici spondeant, & profiteantur, simulq; hæreses omnes à sacris Canonibus, & Generalibus Concilijs, præsertimq; ab hac eadem Synodo damnatas, & publicè detestentur, & anathematizent. I- a c. sicut & excommunicatus, in x. de hæret. c. 2. in fin. de sum. Trin. c. 5. m. Idemq; in posterum quicumq; in Patriarchas, Primates, Archiepiscopos, Episcoposq; promouendi, in prima Synodo provinciali, in qua ipsi interfuerint, omninò obseruent. Quod si quis ex supradictis omnib. quod absit, reuerit, Episcopi comprovinciales statim summum Romanum Pontificem admonere sub pœna diuinæ indignationis teneantur; interimq; ab eiusdem communionē abstinant. Cæteri verò omnes, siue in præsentī, siue in futurū beneficia Ecclesiastica habituri, & qui in Synodo diocesana conuenire debent, idem, vt suprà, in ea Synodo, quæ primo quoq; tempore celebrabitur, faciant & obseruent: alias secundū formā sacrorū Canonū puniantur. Ad hæc, oēs ij, ad quos Vniuersitatum, & studiorum generalium cura, uisitatio, & reformatio pertinet, diligenter curent, vt ab eisdem Vniuersitatibus Canones, & decreta huius sanctæ Synodi integrè recipiatur, ad eorumq; normam Magistri, Doctores, & alij in eisdem Vniuersitatibus ea, quæ

b Ca-

à Vide Sess. 5. c. 1. de Re-form.

Catholicae fidei sunt, & doceant, & interpretentur, sed ad hoc institutum initio cuiuslibet anni solemni memento obstringant; sed & si aliqua alia in praedictis Universitatibus correctione, & reformatione digna fuerit, ab eisdem, ad quos spectat, pro religionis, & disciplinae Ecclesiasticae augmento emendentur, & statuamur. Quae vero Universitates immediatè summi Romani Pontificis protectioni, & visitationi sunt subiectae; has similitudo per eius delegatos eadem, qua supra, ratione prout ei utilius visum fuerit, salubriter visitari, & reformari curabit.

Concil. Trid. cum declarat.

DECLARATIONES.

[i. Studiorum generalium cura.] Decretum est, ut fiat Bulla pro in omnibus Gymnasijs lectores omnes iubeantur profiteri Catholicam fidem, iuxta tempus à Bulla praefinitum, & eos qui in insignibus ornandi sunt, non prius debere ornari, quam eorum fides & vita Catholica, de quibus omnibus fiat processus forma gratis per promotores in Collegio, antequam assumptionem gradus.

Episcopus debet auctoritate propria curare, ut professio huius formam Bullae Pij Quarti, fiat ab ijs, qui in Gymnasijs huiusmodi suum gradum Doctoratus deposcunt, in reliquis alijs praedictis servetur.

Interi sunt Doctoratus, in quibus adhibita non fuit professio iuxta Bullam Pij IV. iam dictam.

Idem Pius IV. per aliam Bullam ad hanc fidei professionem si voluit omnes Doctores, Magistros, Regentes, & alios quoslibet cuiuscunque artis & facultatis professores, siue clerici, siue sint, vel cuiuscunque Ordinis Regulares, qui docere vel praedicare voluerint. Unde Ordinarij eorum locorum, ubi studia vigent, diligentes à Doctoribus hanc fidei professionem exigere praecipunt. Siquidem ad emittendam hanc fidei professionem non omnes docentes artes liberales, qui antequam ad docendum accedant, possunt arbitrio Episcopi prohiberi, donec de eorum fide & informationem susceperint. Idem dicendum est de his, qui in aliqua Universitate testimonium conceditur, & hoc in Bullae Pij Quarti, sed etiam Concilij Tridentini Decreto continetur.

Congregatio censuit, Bullam Pij IV. de emittenda fidei professione editam, locum etiam habere in docentibus prima principum

maticæ, Arithmeticæ, Musicæ, & aliarum artium, licet publicam scholam non facerent. Informationem quoq; & processum summarium, quantum Episco. sufficere videbitur, fieri necessum est.

Quo ad pœnas verò in eadem Bulla contentas, Congregatio censuit in locis in quibus non sunt Gymnasia publica, dictam Bullam non videri eas Ordinariis imposuisse, si patiantur aliquem quoquo modo docere literas, prius quàm fidei professionem faciat.

REMISSIONES.

Vide P. Valer. Reginald. in praxi fori pœnitent. lib. 13. num. 103. & 164. vers. Vnde. Per schedulam Regalem Regis Philippi II. latam apud Madritum mense Iulii, Anno Domini 1564. committuntur Episcopis, & Prælatibus huius Concilii publicationem, vt ipsam exhiberent, & exequantur, & Correctoribus præcipi, vt ad id suum fauorem, & auxilium impartiantur, referunt Frat. Emman. quæst. Regul. tom. 2. quæst. 63. artic. 19. Bouadil. in sua Politic. lib. 2. cap. 18. num. 194.

Docent & interpretentur. Vide Fr. Emman. quæst. Regul. tom. 2. quæst. 11. art. 3. P. Henric. lib. 7. de Indulgent. cap. 29. §. 4. P. Val. Reginald. in praxi fori pœnit. lib. 20. num. 53. in fine, vbi resoluit, in Bulla eadem in confirmationem Concilij Tridentini à Pio IV. non esse sermonem de interpretationibus, quæ in scholis fiunt docendo.

CAPVT III.

Excommunicationis gladius non est temere stringendus, sed mature, ac vbi executio realis ac personalis fieri nequit.

Legatur bene ac seruetur huius capituli tenor.

Quamuis a excommunicationis gladius neruus sit Ecclesiasticæ disciplinæ, & ad continendos in officio populos valde salutaris; 2. sobrie tamen, magnæque circumspectione exercendus est: cum experientia doceat, si temere, aut leuibus ex rebus incutiatur, magis contemni, quàm formidari, & perniciem potius parere, quàm salutem. 3. Quapropter excommunicationes illa, quæ in conditionibus præmissis, 4. ad finem reuelationis, vt aiunt, aut pro deperditis, seu subtractis rebus ferri solent, 5. à nemine

P P pror-

rid.
rat.
cipit

a. c. Episcopi, c. nam. Episcoporum, & c. nullus sacerdotum, 11 q. 2. c. sacro. de sent. Excom. Conc. Aurelian. 5. 6. 7.

Concil. Trid.
cum declarat.
in materia

provisus, & praterquam ab Episcopo, decernantur, & tunc non aliàs, quàm ex re non vulgari, causaq; diligenter, & cum magna maturitate per Episcopum examinata, quæ eiusdem non moueat; nec ad eas concedendas cuiusvis tunc etiam Magistratus, auctoritate adducatur, sed totum in eius arbitrio 7 & conscientia sit positum: quando pro re, loco, persona, aut tempore eas decernendas esse indicauerit. In causis verò judicialibus mandatur omnibus iudicibus Ecclesiasticis, cuiuscumque dignitatis existens, vt quodcumq; executio realis, vel personalis in qualibet parte iudicij propria auctoritate ab ipsis fieri poterit, abstineant se tam in procedendo, quàm definiendo, a futuris Ecclesiasticis, seu interdicto: sed liceat eis, si expedire videbitur, in causis civilibus, ad forum Ecclesiasticum quomodolibet pertinentibus, contra quoscumq; etiam laicos, & per multas pecuniarias, & quæ locis pijs, ibi executionibus, eo ipso quod exactæ fuerint, assignentur, seu per appropriationem pignorum, personarumq; distinctionem, per eos proprios, aut alienos executores faciendam, sine eorum per priuationem beneficiorum, aliaq; iuris remedia procedere, & causas definire. 11 Quod si executio realis, vel personalis aduersus reos hac ratione fieri non poterit, que erga iudicem cõtumacia, b tunc eos etiam anathematizentis mucrone, arbitrio suo, prater alias pœnas sentire poterit. In causis quoq; criminalibus, vbi executio realis, vel personalis, vt supra, fieri poterit, erit à censuris abstinendum, sed si dictæ executioni facile locus esse non poterit, licebit iudici hoc spiritali gladio in delinquentes, & tamen delicti qualitas, præcedente bina saltem mentione, etiam per edictum, id postulet. d Nefas autem sit laicali cuilibet Magistratui prohibere Ecclesiastico iudici, quem excommunicet, aut mandare, vt latam excommunicationem reuocet, sub prætextu, quòd contra præsentem decreto non sint obseruata, cum non ad laicales, sed ad Ecclesiasticos hæc cognitio pertineat.

c. c. rago, c. 11. q. 2. c. nulli, c. 11. q. 2. c. cum desideret, & c. si cõcubina, de sent. Excom.

Excommunicatus verò quicumque, si post legitimas monitiones

tionem
munio
sed, si
num in
suspect

1. Quom
excommu
faciatur,
cibus à
Sobrie
compect
onatur.
Cum C
excommu
ni appella
tatio po
ssem tunc
aldrone
retenda
tatem.
Quoq;
firmitatem
implem et
per rebus
dem ad h
laretibus;
alios exclud
men firmam
Ad sine
reorinis fi
bica, hon
ausque a
terrededi
pores: si q
Sede
iones in
piti.
A nemis

hones non resipuerit, non solum ad Sacramenta, & communionem fidelium, ac familiaritatem non recipiatur: sed, si obdurato animo, censuris annexus, in illis *per annum insorduerit*, etiam contra eum, tamquam de hæresi suspectum, procedi possit.

DECLARATIONES.

1. *Quamvis excommunicationis gladius.*] Episcopus in fulminandis excommunicationibus se gerere debet sicut à Concilio Tridentino statuitur, nec potest procedere, vt Apostolica Sedis delegatus, nisi in casibus à iure expressis.

2. *Societas tamen.*] Gladius excommunicationis maxima cum circumspetione est exercendus, ne despectus Ecclesiasticæ disciplinæ notetur.

Com Ordinarius tanquam delegatus mandat aliquid sub pœna excommunicationis (quod in defectum vel alias requiri potest) potest appellari etiam quoad effectum suspensiuum, ita vt excommunicationis postea lata, sit nulla. Congregatio enim respondit, debere Episcopum tanquam delegatum abstinere ab huiusmodi præceptis, cum ad executionem pœnæ excommunicationis, quæ non nisi in subsidium est recurrenda, ab ea tamen (si cui comminetur) dari vtique appellacionem.

3. *Quapropter excommunicationes illæ.*] Vicarius Generalis, & ad id iurisdictionem habens ab Episcopo, potest sine prævia cognitione facta suspicari Episcopo, excommunicationem ad finem reuelationis pro rebus desperditis decernere, dum tamen ipse Vicarius cognitionem adhibeat; & quamvis nonnulli illustres DD. dubitent ex illis verbis; *a nemine prorsus, præterquam ab Episcopo*, quia taxatiuè illos excludunt, Congregatio tamen sub die 18. Februarij, 1583. prius firmavit resolutionem.

4. *Ad finem reuelationis.*] Excommunicationes quæ ad finem reuelationis fieri soleant, concedi non possunt à Commendatore Abbatis, hominibus sibi subiectis, quæ dicitur esse nullius dioceseos, etiam si vicinis Episcopi in iurisdictione eiusdem Abbatis, cum tamen sedis Apostolicæ subiecta, sit nullius dioceseos. Dicatur proinde, si quibus hoc remedio opus erit, confugiendum esse eis ad Sedem Apostolicam, à qua huiusmodi generis excommunicationes impertent. *Infra, hoc cap. §. A nemine, & §. Episcopus non*

A nemine prorsus.] Vicarius tamen generalis potest has excommunicationes



municationes decernere adhibita causæ cognitione. Antequam
 nes Prælati etiam nullius Diocæseos, (etiam si in suis territorij
 dictionem quasi Episcopalem haberent, etiam privative quoad Ep
 scopum) Episcopis inferiores, qui ante Concilium huiusmodi co
 municationes concedebant vel ex iure proprio, vel ex privile
 gio, vel etiam ex immemorabili consuetudine, hodie non possunt
 sed tantum Episcopi. Ideo eos, qui sunt nullius Diocæseos, etiam
 cumque alicui Episcopo non sunt subiecti, sed immediate Sanctæ
 postolice, ipsam sanctam Sedem pro his excommunicationibus
 te oportet. *Suprà, hoc cap. §. ad finem.*

Et hæc potestas competit Vicario Capituli Sede vacante, resolu
 lutum fuit die 14. Augusti 1586. quia ad Capitulum transferebat
 sunt iurisdictionis necessaria, ut est excommunicatio.

Episcopus non potest concedere excommunicationes, quæ ab
 nem revelationis (ut aiunt) fieri solent, hominibus beneficiariis
 nullius Diocæseos, minusque potest concedi ab obtinente
 beneficium: sed eis confugiendum est ad Sedem Apostolicam
 quando his excommunicationibus opus habebunt. Sic Consti
 tutione sententia Pij IV. die 6. Octobris 1579. *Suprà, hoc cap. §. ad
 finem.*

Monitoria pro rebus deperditis ab Episcopis solis sunt de
 da, & inferiores Ordinarij, etiam exempti, & immediatæ Sedis Apo
 stolicæ subiecti ac nullius Diocæseos, ea concedere non possunt
 ad Sedem Apostolicam pro eis est recurrendum, cum nec Episcopi
 vicinioribus ea concedere permittatur. *Hoc sæpe declaratum
 hoc cap.*

6 *Præterquam ab Episcopo.* Vicario etiam licet, sed ex spectatione
 dato, & non alias: non autem Commendatario, neque ab Episcopi
 pis in beneficijs commendatis, si nullius diocæseos erunt. *Et hæc
 de sæpe.*

7 *Et conscientia sit positum.* Episcopus non debet facultatem
 cedendi literas monitorias pro rebus perditis committere quibus
 foraneis personis, sed ijs dumtaxat quæ graves, honestæ & car
 bonis qualitatibus sint præditæ.

8 *Quandocumque executio realis.* Excommunicatio licet à
 Ecclesiastico priusquam legitime constet de impedimento
 turbationibus, ob quas non potest deuenire propria auctoritate
 executionem realem vel personalem; est valida, & qui a
 municatione ligatus existit, indiget absolutione. Debet tamen
 dinarij curare, ut in excommunicationibus proferendis observentur
 Decreta Concilij Tridentini.

9 *Per multas pecuniarias.* In multis, quæ ex ordinatione Con
 cilij Tridentini sunt applicandæ locis pijs, idem Concilium Triden
 tum est observandum.

10 *Qua locis pijs.* Pœnæ fori Ecclesiasticæ pijs locis sunt applicandæ.

Concil. Trid.
 cum declarat.
 in articulo 11.
 de reformatione
 in capitulo 11.

candæ,
 applica
 parte.
 it Qu
 eodem
 nam rea
 stantian
 executi
 comb.
 it Ex
 à contu
 ti, debe
 An si
 Canoni
 persona
 stare ex
 rei: sed
 nuntij
 Vide
 ver
 num. 2
 §. Qu
 Et] A
 revel. r
 in sua S
 verba. 11
 §. Ach
 Episcop
 lib. 1. ca
 quæst. 1
 ad Qua
 nem rec
 Auctori
 nete co
 ret, lic
 eius arb
 lum co
 puer De
 testes n
 quend
 ce, non
 cil. 811.

tandæ, nec valet consuetudo contraria, per quam pars pœnarum applicetur Vicario, vel Cameræ Episcopali, etiam in minima parte.

11 *Quod si executio realis.*] Si sint duo in solidum obligati pro eodem debito, & contra vnum tantum deueniri potest ad executionem realem vel personalem, non debet laxari censura (etiam ad instantiam creditoris) contra eum, circa quem non potest deueniri ad executionem realem aut personalem. Ita Congregatio die 12. Decemb. 1585.

12 *Excommunicatus verò.*] Excommunicatus tanquam contumax à contumacia si coram Ordinario compareat, & sit paratus stare iuris, debet per eundem absolui.

An si iudex deficientibus cæteris remedijs velit excommunicare Canonicos ex hoc cap. 3. necessarium sit vt ex actis constet realem & personalem executionem fieri non posse. an verò sufficiat hæc constare extra iudicium? Congregatio censuit, debere ex actis constare, sed si non sic potest conitare, respondit quod sufficiat probari per nuntij relationem, alias exequi non posse.

REMISSIONES.

¶ *Vide* Quarat. in summa Bullarij, verbo Concilium prouinciale, vers. Trigesimo sexto, in fine, Sayr. in Clauis Regiæ, lib. 9. cap. 15. non 20.

¶ *Quapropter excommunicationes illæ, quæ monitionibus præmissis, &c.*] Ad materiam literarum monitorialium generalium ad finem reuelationis sub excommunicationis pœna vide Ioan. de Nauizan. in sua Sylua nup. lib. 3. verbo Monitoria; Nauar. in Repet. c. Inter verba, 11. quæst. 3. concl. 6. Corol. 66. Francisc. Marc. decis. 850. 852. & 853. Achil. de Grassis, decis. 6. de Sentent. Excommun. Zerol. in praxi Episcop. p. 1. verbo Excommunicatio, pag. mibi 134. Guier. Canon. lib. 1. cap. 11. P. Henriq. in Sum. lib. 5. de Excomm. cap. 18. Fr. Emman. quæst. Regul. tom. 2. quæst. 59. art. 4. Prosper. de Augustino in addit. ad Quaratam in Summa Bullarij, verbo Excommunicatio ad finem reuelationis, pag. 232. & verbo Archiepiscopi auctoritas, vers. 19. Auctoritas in fine, pag. mibi 77. resoluit, quòd si Episcopus monitiones excommunicationum, quæ fiunt ad finem reuelationis, denegaret, licet parti appellare ad Metropolitanum, quamuis resideat in eius arbitrio eas concedere. Vt prædictarum literarum monitorialium concessio obtineatur, quòd debent quinque concurrere, assentant Doctores infra citati. Primum esse, quòd nominatim contra reites non concedantur ratione formæ, nisi prævia diligentia de exequendo realiter, vel personaliter, quamuis sine Canonica monitione, non procedatur ad excommunicationem, dicit Franc. Marc. decis. 851. & 853. p. 2. per Text. in cap. constitutionem, de sentent. ex-

comm. lib. 6. Secundum esse, quod res pro qua huiusmodi littere ceduntur, non sit minimi, aut exigui momenti, refert Fran. de decif. 803. p. 2. & Aloyf. Ricci. Curia Archiep. Neapol. decif. 90. Tertium esse, quod contineant clausulam iustificationis, alias iustificationis, decidit Sayr. decif. 3. de Censib. & decif. 3. de Clerico excommunicato. Quartum esse, quod aduersarius non sit certus, alioquin ordinaria esset expediendum, testatur Alexand. Raud. decif. Quintum esse, quod dentur hae littere monitoriales in subditis, est, deficiente alia probatione, testatur Sayr. decif. 4. de Censib. *Præterquam ab Episcopo.* Vide Zerol. in praxi Episcop. p. 1. verbo, Vicarius, vers. 17. pag. 338. Quid in Vicarijs Episcoporum? P. Sanch. de Matrim. lib. 3. disp. 29. num. 16.

Nefas autem sit, &c. An per hoc Decretum videantur prohiberi ruitiæ appellaciones? Negant Barth. Humad. l. 13. Gloss. 4. in part. 2. Viuid. in Candelab. p. 2. in explicat. Bullæ Cœnz. Domin. su. 16. à num. 114. Latissimè Azeued. l. 2. vers. Item & de iur. iur. 6. lib. 1. Recopil.

Per annum inforauerit. Vide Cou. in cap. Alma mater, p. 1. numer. 10. Mandof. in Annal. cas. à num. 90. & in praxi tit. de leg. cap. 5. Duenh. Reg. 153. vers. Quartò amplia Rebuff. in Receptis Postulasti, de Clerico excomm. minist. à num. 107. & in praxi tit. declarat. nouz. p. ouil. verbo Teque absoluentes, numer. 10. Mandof. Ordin. iudic. p. 6. cap. de contumacia, num. 35. Simanch. de Censib. institut. cap. 14. à num. 2. & cap. 27. num. 4. Paul. Fufe. de V. lib. 3. cap. 19. num. 2. Perez l. 1. vers. Et excommunicatus per litteras, tit. 19. in Gloss. verbo, est uiuere de scomulgato, tit. 19. lib. 3. Quidam ad. l. 32. Gloss. 2. à princip. tit. 19. part. 1. Salzed. in praxi cap. tit. numer. 4. Azeued. ad l. 14. numer. 14. tit. 1. lib. 4. nouz. Recopil. in praxi Episcop. p. 1. verbo Clericus, pag. 78. ad finem, Fran. Bonaquast. Regul. tom. 2. quæst. 103. art. 3. in fine, Gonzal. ad Reg. l. 1. cel. Gloss. 15. num. 103. cum seqq. Stephan. Gratian. discept. forens. 119. numer. 2. cum seqq. qui duo posteriores resoluunt, quod si fuerit excommunicatus propter debitum ciuile, ob non solutum alicuius rei, non habebit locum huiusmodi priuatio propter descensionem.

CAPYT IV.

Episcopi, Abbates & Generales Ordinum possunt pro sua auctoritate statuere omne quod magis expedire iudicauerint circa Missarum numerosarum recitationem.

Contingit sæpe in quibusdam Ecclesijs vel in magnum Missarum celebrandarum numerum ex defectu defunctorum relictis impositum esse, vt illis pro sum-

diebus, à testatoribus præscriptis, nequeat satisfieri; vel Eleemosynam huiusmodi pro illis celebrandis adeo tenuem esse, vt non facillè inueniatur, qui velit huic se muneri subiicere; vnde depercutit piæ restantium voluntates; & eorum conscientias, ad quos prædicta spectant, onerandi occasio datur. Sancta Synodus, cupiens hæc ad pios vsus relicta, quo plenius, & vtilius potest, impleri, facultatem dat Episcopis, vt in Synodo diœcesana, *Itemq; Abbatibus, & Generalibus Ordinum*, vt in suis Capitulis Generalibus, re diligenter perspecta, possint pro sua conscientia in prædictis Ecclesiis, quas hac prouisione indigere cognouerint, 2. *statuere circa hæc, quidquid magis ad Dei honorem & cultum, atq; Ecclesiarum vtilitatem viderint expedire*; ita tamen, vt eorum semper defunctorum commemoratio fiat, qui pro suarum animarum salute legata ea ad pios vsus reliquerunt.

DECLARATIONES.

1. *Tam magnum Missarum.*] Caput hoc intelligendum est de Missis tantum, & non de aliis suffragiis.

Hoc Decretum habet locum etiam in reductione Officiorum pro defunctis.

Improbata fuit certa taxa Eleemosynarum, pro missis à testatoribus præscriptis. Non intelligitur hoc capitulum de Missis in fundatione impositis, sed de relictis.

2. *Statuere circa hæc, quicquid, &c.*] Congregatio censuit, Episcopum in Synodo Diœcesana posse constitutiones facere absq; consensu & approbatione cleri; debere tamen cum requirere consilium Capituli, licet illud non teneatur sequi, nisi in quibusdam casibus à iure expressis de Synodo.

REMISSIONES.

Vide Concil. Brachar. act. 4. c. 26. in fine, Seraph. d. c. 611. Fr. Eman. in sum. p. 1. ca. 252. num. 13.

Itemq; Abbatibus & Generalibus Ordinum.] Optimè Zerol. in part. Episcop. p. 1. verbo Missa, s. 3. pag. 228. Fr. Eman. quest. Reg. com. 7. q. 43. art. 13.

CAPVT V.

Rebus bene constitutis & certum onus annexum habentibus nihil omnino detrahatur.

Ratio postulat, vt illis, quæ bene constituta sunt, contrariis ordinationibus nõ detrahatur, quando igitur

ex beneficiorum quorumcumque 1 erectione, seu fundatione, aut aliis constitutionibus, 2 qualitates aliquae requiruntur, seu cetera illis onera sunt iniuncta; in beneficiorum collatione, seu in *et quacumque alia dispositione*, 3 et non observatur. *§ Idem in prebendis Theologalibus, Magistralibus Doctoralibus, aut Presbyteralibus, Diaconalibus & Subdiaconalibus, quodcumque ita constituta fuerint observetur, ut eorum qualitatibus, vel Ordinibus in vlla provisione detrahatur: & aliter facta provisione reprobata censetur.*

DECLARATIONES.

1 *Erectione seu fundatione*] Habens Capellam, non tenetur venire ad Sacerdotium, dummodo in fundatione eorum non sit. Capellanus per seipsum Missas celebret: at tamen interea debet esse ut per alium missae in illa Capella celebrentur, nec erit debeat oneri, si missae in alia Ecclesia erunt celebratae.

2 *Qualitates aliquae requiruntur.*] Congregatio censuit, non Episcopo post Concilium, etiam accedente Patroborum consensu derogare qualitatibus in beneficij fundatione appolitis: sed beneficium in fundatione certam aetatem requirat, non potest Episcopus illud ei conferre qui nequaquam fuerit huiusmodi aetatis.

Capellae non intelliguntur habere onus celebrandi Missas, nisi fundatione cautum sit, *ut per seipsum, &c.*

3 *Eis non derogatur.*] Ne quidem de consensu patronorum, quorum circa hoc nulla est potestas, sed omnino observari debet sententia. Itaque sublata est facultas de qua Doctores in *c. cum accipimus* Conf. ubi Abbas, num. 5.

REMISSIONES.

Quacumque alia dispositione.] Quod valet conditio postulationis in fundatione beneficij, quod tale beneficium conferatur conditionibus, resoluunt Hoied. de Benefic. p. 1. c. 23. num. 132. & c. 1. num. 107. Lambertin de iure patron. p. 1. lib. 1. quest. 9. princip. 2. num. 1. & l. 1. p. 2. art. 2. quest. 2. princip. 2. num. 1. Sebast. Medicus de Acquir. rerum domin. Gloss. 1. p. 3. num. 312. Azeved. l. 14. num. 13. tit. 1. lib. 1. nouae Recopil. & lib. 5. num. 2. tit. 6. eod. lib.

§ Idem in prebendis.] Vide Gonzal. ad Reg. 8. Cancel. Gloss. 1. tit. 19. & vide quid Gloss. 19. num. 3.

CAPVT VI.

Prescribitur modus quem obseruare debet Episcopus visitans Capitula exempta, ac personas, cum deputatis duobus ex parte Capituli, tam in criminibus ex incontinentia, quàm aliter.

Statuit sancta Synodus, vt in omnibus Ecclesiis Cathedralibus, & Collegiatis Decretum sub fel. rec. Paulo III. 4 quod incipit, 2 Capitula Cathedralium, obseruetur, non solum, 3 β quando Episcopus visitauerit, sed & quoties ex officio, vel ad petitionem alicuius, 4 contra aliquem ex contentis 5 in dicto Decreto procedat: ita tamen, vt, cum extra visitationem processerit, infra scripta omnia locum habeant: videlicet, 6 γ d vt Capitulum initio cuiuslibet anni 7 eligat ex Capitulo duos: de quorum consilio, & assensu Episcopus, 8 vel eius Vicarius, tam 9 in formando processum, quàm in ceteris omnibus actibus vsque ad finem causæ inclusiue, 10 coram Notario tamen ipsius Episcopi, & in eius domo, 11 aut consueto tribunali, procedere teneatur. Vnum autem tantum sit vtriusque vorum, possitque alter Episcopo accedere. Quod si ambo ab Episcopo discordes in aliquo actu, seu interlocutoria, vel definitiua sententia fuerint; tunc intra sex dierum spatium cum Episcopo tertium eligant: & si in electione tertij etiam discordent, ad viciniorum Episcopum electio deuoluatur; & iuxta eam partem, cum qua tertius conueniet, articulus, in quo erat discordia, terminetur: alia processus, & inde secuta nulla sint, nullosque producant iuris effectus. b 12 In criminibus etiam 13 ex incontinentia prouenientibus, de qua in Decreto de concubinariis, & in atrocioribus delictis, depositionem, aut degradationem requirentibus, vbi de fuga timetur, ne iudicium eludatur, & ideo opus sit 14 personali detentione, c possit initio solus Episcopus. 15 ad summariam informationem, & necessariam detentionem procedere: seruato tamen in reliquis ordine præmissis. In omnibus

Pp 5) nibus

a Sup sess. 6.
de ref. c. 4.

b infr. c. 14.
et sup. Sess.
24. de matr.
c. 8.

c c. qualiter.
il. 2. de accus.
et c. tua. de
pan.

2 Conc. Carth.
4. c. 35. c. Episcopus in Ec-
clesiis, 95, dist.

h. c. novit cũ
seq. de his
quæ sunt a
pral. sine
conf. cap.

clur. alleg. in
me tract. de
privilegijs
scholarium,
maximo
priv. 64. cum
seq.

nibus autem casibus ea ratio habeatur, vt iuxta qualitem delicti, ac personarum, delinquentes ipsi in loco-
centi custodiantur. a Episcopis præterea vbique is hono-
tribuatur, qui eorum dignitati par est; eisque in capitulis
in Capitulo, 16 in Profectionibus, & alijs actibus publicis
17 prima sedes, & locus, quem ipsi elegerint, & 18 præter
omnium rerum agendarum auctoritas, 19 Qui si aliquid cano-
cis ad deliberandum proponant; nec de re ad suam
suorum commodum spectante agatur, b 20 Episcopi
Capitulum conuocent, 22 vota exquirant, & iuxta ea con-
dant. Absente verò Episcopo omnino hoc 23 ab ipso
pitulo, ad quos hoc de iure, vel consuetudine spectat, po-
ficiatur, 24 nec ad id Vicarius Episcopi admittatur. Ceterum
autem in rebus 25 Capituli iurisdictio, & potestas, si quæ
competit, & bonorum administratio salua, & intacta om-
nino relinquatur. 26 Qui verò non obtinent dignitates, & non
sunt de Capitulo, ij omnes in causis Ecclesiasticis Episcopi
subijciantur: non obstantibus, quo ad supradicta, priuilegijs
etiam ex fundatione competentibus, 28 nec non conuen-
tionibus, 29 etiam immemorabilibus, sententijs, iuramentis
30 concordijs, quæ tantum suos obligent auctores, & non
tamen in omnibus, priuilegijs, quæ Vniuersitatibus Scho-
diorum generalium, seu earum personis sunt concessa
31 Hac autem omnia, & singula in ijs Ecclesijs locum non
habeant, in quibus Episcopi, aut eorum Vicarij ex con-
stitutionibus, vel priuilegijs, aut consuetudinibus, seu
Concordijs, seu quocumque alio iure maiorem habent
potestatem, auctoritatem, ac iurisditionem, quam præ-
senti Decreto sit comprehensum, quibus S. Synodus ve-
rogare non intendit.

DECLARATIONES.

1 Statuit sancta Synodus.] Decretum hoc loquitur solum de Cap-
tulis exemptis, & ijs quæ consuetudine aut alio speciali iure ser-
bantur aduersus Episcopos, ea autem iura Episcopo sunt restituta
sed illis non vtetur nisi cum consilio, & assensu duorum electorum

Concil. Trid.
cum declar.
et remiss.

ex Cap
tulis, et
2 Cap
tulum Ca
nde C
piscopo
hendie
Si
crema
lus Co
3 Quam
Concil
Circ
in vilit
deberet
ex suis
deatin
tario Ep
adiunct
retho
ter Terr
iunctis
ularibus
elij Tri
cimina
men lu
dicte E
Adh
mam,
Episcop
secund
adiunct
punire,
mendat
den Ep
maluer
Ex p
Tantum
polite C
reoderet
Terri
minite
commu
arandj
bodus fi

ex Capitulo, &c. Non exempta autem capitula non comprehenduntur, etiam si multa habeant priuilegia.

2. *Capitula Cathedralium.* Hoc Decretum non pertinet ad Ecclesiam Cathedrali tanquam cathedralem, sed tanquam exemptam: unde Collegiata, quae prius non erant exempta, sed in omnibus Episcopo subiecta, si postea est erecta in Cathedrali, non comprehenditur hoc Decreto.

Si Capitula, de quibus hoc Decretum & supra sess. 6. c. 4. sunt exempta a iurisdictione Episcoporum, tenentur seruare Decretum illius Concilij Provincialis, cui interfuit Episcopus.

3. *Quando Episcopus visitauerit.* Debere ita obseruari Congregatio Concilij censuit. Vide quae supra notata sunt sess. 6. cap. 4.

Circa hoc Capitulum fuerunt proposita varia dubia. *Primum.* An in visitatione Abulensis Ecclesiae vel personarum, Episcopus necessarium deberet assumere Notarium & Secretarium Capituli, vel potius unum ex suis Notarijs, quem ipse ad hoc elegerit, cum in Concilio Tridentino hoc c. 6. expresse sit dispositum, quod acta fiant coram Notario Episcopi? *Secundum,* an Episcopus visitando, possit solus sine adiunctis Capitularibus peccata & excessus Capitularium (quos correctione & punitione dignos reperit) corrigere, punire, & emendare? *Tertium,* an Episcopus vel eius Vicarius, quando supul cum adiunctis Capitularibus, extra visitationem contra aliquem ex Capitularibus ad punitionem delictorum procedunt iuxta formam Concilij Tridentini hoc c. 6. debeat ei seruire Fiscalis ipsius Episcopi, qui crimina accuset & prosequatur? vel potius an ad hoc munus sit assumendus & nominandus alius Fiscalis ex seruitoribus vel Capellanis dictae Ecclesiae Abulensis?

Ad haec ita responderunt Domini Cardinales, & quidem ad primum, quod in visitatione, de qua agebatur, proprius Notarius ab Episcopo esset assumendus, non illi tamen Capitulo suspectus. *Ad secundum,* Non teneri Episcopum in praefata visitatione adhibere adiunctos Capitulares; & aliquod crimen posse per se corrigere & punire, non tamen poena ordinaria, sed ea quae ad morum magis emendationem, quam punitionem respiciat. *Ad tertium,* Possit eundem Episcopum assumere fiscalem vel alium, quem ipse deputare maluerit.

Ex parte eiusdem Episcopi denuo proposita fuerant haec dubia: *Primum est,* An Episcopus solus, absque adiunctis Capitularibus, possit Capitulum visitare. *Secundum,* Ad haec visitandi facultas extendetur etiam ad res & bona Capituli, eiusque administratores. *Tertium,* An huiusmodi decisio haberet locum etiam, casu quo administratio rerum & bonorum inter Episcopum & Capitulum esset communis. *Quartum,* Quatenus Episcopo competat facultas visitandi, etiam tunc, cum administratio est communis, an praescribendus sit modus Episcopo, ne immerget aut tollat decreta ab administrato-

stratoribus facta, ne eorum potestas, aut auctoritas libertatis. *Quinsum*, An liceret Episcopo exigere iuramentum a visitatione. *Sextum*, An de rebus scandalosis tantum, & publicis, an etiam secretis occultis in visitando posset inquirere. *Septimum*, An tunc de rebus transumptis eorum, quae Episcopus visitando punitione dignissimas. *Octavum*, An Capitulum possit visitari ab Episcopo in summo Episcopali, an in loco Capitulari tantum. *Nonum*, An Episcopus visitando possit recusari, tanquam suspectus. *Decimum*, An Episcopus visitans, iuramentum, & acta visitationis in scripturam mittere possit, praesertim si respiciebant personas Capitulares, contra quae non nisi cum adiunctis est procedendum, iuxta hoc cap. *Ad primum de visitatione*, respondit Congregatio Episcopum posse, Quod si praetenditur Capitulum habere statutum ab Apostolica Sede confirmatum. Hunc articulum Congregatio reiecit ad Rotam, quoniam interea non retardetur visitatio. *Ad secundum* respondit, locum visitandi, etiam ad res & bona Capituli, eiusque administrationis referendi, alias elusoria esset visitatio, si negligentes, & bonos factores non castigaret. *Ad tertium* respondit, praedictum Episcopum etiam eo casu, visitare posse, non excedendo tamen terminos visitationi praescriptos. *Ad quartum*, nullum alium Episcopo praetermodum modum, quam quod iuxta visitationis limites se continere debet, de iuramento, non licere in visitatione praeparatoria, nisi in Capitulo: an autem depositiones testium sint redigenda in scripturam, Congregatio dixit maturius utraque parte informata deliberaturam. *Ad sextum*, respondit posse etiam in ijs. *Ad septimum* de transumptis dandis, posse etiam in praeparatoria, sed non in Episcopali. *Ad octavum*, dixit, Episcopum non posse nec potest visitare in domibus Episcopalibus, sed cum visitare voluerit Capitulum, accedere debere ad locum ipsum, quo Capitulares congregantur, & eorum aetate expediti consueverunt, si tamen id congruum fuerit: si minus, ad locum congruum & commodiorem. Sed si tenetur accedere ad locum Capitularem, quoties profectum voluerit visitationem alicuius particularis personae de Capitulo. *Ad nonum* respondit saepe dictum Episcopum recusari non posse, nec cum generalera visitationem aggreditur, nec cum ad specialem delictorum modo sine strepitu & figura iudicij procedens poenas imperatorum non ordinarias, sed eas tantum, quae morum emendationem respiciunt, & modum corrigendi non excedant. *Ad decimum* respondit id non posse.

Congregatio censuit de voto Rotae, hoc Decretum non solum comprehendere Capitula exempta, sed & omnia alia praecedentia non posse tueri, non modo aduersus visitationem, vtc 4. Sess. 6. sed etiam aduersus ea quae hic disponuntur, quando agenda sunt extra visitationem, siue vigore priuilegiarum etiam ex fundatione competente.

Concil. Trid.
cum declar.
in articulo
de visitatione

tium, nec non consuetudinum etiam immemorabilium, sententiarum, iuramentorum & concordiarum, quæ tantum suos obligent auctores.

Fuit dubitatum, an portionarij, qui habent vocem in Capitulo, possent visitari ab Episcopo absq; adiunctis: & fuit resolutum quod sic, quia etiam si habeant vocem in Capitulo, non propterea erunt de Capitulo, eo quod de Capitulo sint Canonici tantum, *Feli. in proem. Decretal. & habere vocem in Capitulo non operatur, quod quis sit de Capitul. gl. & Doct. in Clem. 2. de stat. & qualitat.*

4. *Contra aliquem ex contentis.*] Facultas procedendi contra aliquem ex Capitularibus exemptis pertinet ad Episcopum, & adiunctos, iuxta hoc ca. non deuoluitur ad Episcopum, si adiuncti requisiti, cum eo procedere negligant, vel recusent.

5. *In dicto Decreto procedat.*] Hæc facultas non est priuatiua ad eos qui ius habent visitandi & corrigendi, quia ijs licebit visitare seorsum ab Episcopo, & correctos ab istis non poterit Episcopus de nouo corrigere.

Hoc Decretum planè est obseruandum, etiam si Capitulum ipsum deliquerit, vel aliquis ex Canonicis de mandato Capituli, etiam si Canonicus extra ciuitatem delinquat, maxime degens in aliquo loco, ut puta in loco sui beneficii, vel si deliquerit intra corpus suæ Ecclesiæ.

Subcollectores Camere Apostolicæ ad nudum ministerium exigendi certis casibus in his partibus deputati, si sunt Canonici vel alias beneficiati, ab Episcopo visitari & corrigi non possunt. Sic responsum fuit Episcopo Segobienti.

6. *Vi Capitulum initio cuiuslibet anni.*] Quando sc. exemptum est à iurisdictione Episcopi, & sic quæ disponatur in hoc capituli. & c. 4. Sess. 6. habent locum tantum in Capitulis à iurisdictione Episcoporum exemptis. *Hoc hætenus sæpe declaratum est.*

Propositum fuit: An ad Episcopum vel alium superiorem pertineat facultas procedendi contra Capitulares, quando vniuersum Capitulum deliquit: Item dato quod ad Episcopum pertineat, an de consilio & assensu duorum ex Capitulo procedere teneatur, iuxta hoc cap.

Ad has duas dubitationes Sacra Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, sic respondendum censuit, nempe, *quoad primum*, huiusmodi facultatem procedendi pertinere ad Episcopum etiam absq; adiunctis, quando totum Capitulum deliquit: modo delictum non sit in personam Episcopi, vel in contemptum eius, vel vbi Episcopus habeat interesse: tunc enim ea facultas contra Capitulares procedendi deuoluitur ad proximum superiorem. *Ad secundum* vero respondit, Episcopum de consilio & assensu duorum ex Capitulo procedere non teneri.

7. *Eligat ex Cap. duos.*] In forma procedendi Episcopo hic præferi-
pta,

pra, licet ei secum adhibere duos de Capitulo exempto, quoad ob-
cedere voluerit contra aliquem ex ipsis.

Ex hoc decreto potest solus Episcopus sine adiunctis Capitulis ad correctionem ad punitionem portionario, u. m. procedere, etiam casu quo portionarij de consuetudine, aut ex privilegio, vel ecclesiae statuto in Capitulo vel semper vel plurimum habent vocem.

8 *Vel eius Vicarius.*] Congregatio censuit, Vicarium non esse procedere cum adiunctis, nisi prout tenetur Episcopus.

9 *Informando processum.*] Aliter tamen censuit Congregatio, quod à Capitulo uniuscuiusque Ecclesiae Collegiatæ non ea omnia observari debent, quæ decreta sunt hoc Capitulo.

10 *Coram Notario tamen ipsius Episcopi.*] Et in visitatione, quod est adhibendus Notarius, non tamen ad electionem Vicarii adiunctis. Id servandum est tam in extrajudicialibus, quam in judicialibus correctionibus.

Capitulo licet eligere duos Canonicos, qui cum Episcopo procedant in causis Canonicorum, nullum tamen ius habent in electione Fiscalis, qui intervenire solet in criminibus Canonicorum, sed eius electio ad Episcopum pertinet.

Excluso Notario Capituli, electio Fiscalis ad Episcopum suum pertinet: Episcopus verò potest assumere suum Fiscalium vel alium quemcumque voluerit deputare.

11 *Aut consueto tribunali.*] Ad electionem Episcopi, vel eius Vicarij, dummodo non fiat in Ecclesia, Vicarius Episcopi debet comparere in consueto tribunali, eo casu quo procedit cum adiunctis, quod erat in Ecclesia Salamantina in claustris, dummodo sit extra corpus Ecclesiae.

Episcopus potest sedere pro tribunali quocumque loco Diocesis non exempto ubi maluerit. Ita e *Cum Episc. de off. Ordinarij* in c. 6.

12 *In criminibus tamen.*] Episcopus in visitatione potest inquirere de criminibus occultis, & non solummodo de publicis & notis.

Cum Magister Capellæ, cæteri que Cantores & Organista sint in Capitulo, an istos Episcopus punire sine adiunctis possit? Congregatio censuit, nisi hæ personæ comprehendantur in confirmat. Pontificis Apostolicis; ex Concilio in hoc, omnes, qui non obtinent dignitates, neque sunt de Capitulo, in causis Ecclesiasticis Episcopo subiacent.

13 *Ex incontinentia.*] In crimine concubinatus potest Episcopus ad informationes & carcerationem procedere, ubi de fuga timeatur, absq; monitione, & forma hic præscriptis.

14 *Personali detentione.*] Carceres pro Capitularibus delinquentibus in domo Episcopi esse debent.

15 *Ad summariam informationem.*] Etiam absq; monitione illa, de qua infra c. 14.

Episcopi

Episcopus visitans tenetur dare transumptum, si repererit aliquod delictum carceratione vel castigatione dignum.

Multa quae exiguntur à Capitularibus non sunt aliquibus eorum functionibus applicandae, veluti portionibus, sed pijs locis.

Episcopi conuocare Capitulum ad libitum possunt, dummodo non proponant de re ad commodum suum vel suorum spectante; Capitulum quoque ipsum potest, quandocumque voluerit, se congregare. *Infr. hoc e. s. Quod si aliquid.*

16 *In processibus.* Ad Episcopum pertinet cum consilio Capituli decernere & edicere, quo & qua dirigenda deducendaque sint processiones, non obstante inmemorabili consuetudine, prout est in Decreto Concilij,

Hoc Capituli consilium declarauit ætatem congregatio intelligi oportere in processibus dumtaxat publicis, non autem in privatis. Priuatas autem processiones eas intellexit, in quibus alieni seu externi Clerici non euocantur, sed à Capitularibus & Cathedralibus tantum fiunt ob aliquas particulares causas. Porro in publicis processibus absente Episcopo eandem facultatem habet Vicarius Generalis in processibus decernendis & dirigendis, quam Episcopus habere consuevit.

17 *Suprema sedes.* Per hæc verba fuit resolutum, quod Rector, Parochialis Ecclesie Ripæ Transnenensis, qui ex inmemorabili consuetudine deferrebat in publica processione sacramentum Ecclesie, iuxta Clementinam vni. de reliquis, & vener. sanct. & sup. Sess. 12. Canon. 6. cedat Episcopo nuper electo, qui vult per se sacramentum huiusmodi deferre. Sic Congregatio censuit de mense Apr. 1573.

18 *Et præcipua auctoritas.* Non potest tamen solus Episcopus sine consilio Capituli edicere & dirigere processiones, sed tenetur illud adhibere, sicut dicitur in hoc Decreto.

19 *Quod si aliquid Canonici.* Episcopus ex Decreto huius cap. quoad conuocationem Capituli spectat, ea dumtaxat auctoritas est attributa, vt eo casu solo possit ipse suo arbitrio Capitulum conuocare, vota requirere, & iuxta ea concludere, dummodo non sit ad iudicium de re ad suum vel suorum commodum spectante. In reliquis Concilium suum vniuersi; ius reseruaui. Eadem tamen Congregatio censuit Episcopum conuocare non posse Capitulum in illis casibus, in quibus iudex esse non potest: Et qui de re spectante ad Episcopalem dignitatem potest esse iudex, conuocare potest capitulum.

20 *Episcopi ipsi.* Eo casu quo res esset pertinet ad commodum Episcopi, Concilium declarauit, quod capitulum non potest conuocari sine consensu & presentia Episcopi, reliquos autem casus reliquit in terminis iuris veteris. In Capitulis ergo non exemptis, quæ Ordinatio subsunt, est seruandum ius commune.

Episcopus controuersiam habens cum Capitulo, non potest eam suæ Capitulum congregare, sed debet ad aulam capitularem

rem conuocare, in qua solitum est Capitulum semper conuocari.
 21 *Capitulum conuocent.*] In domibus propriis possidentibus Capitulum, casu quo non haberent Episcopi locum ad hoc specia-
 ter deputatum & decentem, in quo solitum esset conuocari, con-
 gregare Capitulum.

Episcopus Placentinus non potest Capitulum Ecclesie Caten-
 lis domi suae congregare, sed idem debet in aula Capituli conuocari,
 in qua antea solitum est semper Capitulum conuocari.

22 *Vota exquirant.*] Episcopus non habet vocem in Capitulo.

23 *Abiis de Capitulo.*] Abiq; consensu Episcopi.

Visitatio, ad fauorem ca. 4. sess. 7 & cap. huius, ceteris conuen-
 ex his Decretis, Episcopo, vt etiam liceat Decano & Capitulis
 gulares personas ipsi Capitulo subiectas cumulatim cum Episcopo
 vel seorsum etiam ab eodem (non tamen excludendo ipsos) in
 pum toties quoties sua auctoritate vti voluerit) visitare, conuen-
 emendare iuxta antiquam & immemorabilem hactenus obserua-
 tam consuetudinem.

24 *Nec ad id Vicarius Episcopi admittatur.*] Hoc intelligendum
 si Capitulum est exemptum: Et ita obseruati iussit Congregatio
 Vicario Tarantinensi.

25 *Capituli in iudicio, & potestas.*] Declaratum fuit debent obseruari
 iuxta consuetudinem & statuta hactenus obseruata, & idcirco
 poterit cogi Capitulum ad tenendum Secretarium, quod si
 in sacris constitutus, sed potest habere Laicum: Punctator vero
 debet esse Clericus in sacris constitutus, secundum decretum
 cialis Compostella, reuissum per S. D. N. anno 1565. Et si ad
 rabili tempore deputatio punctatoris ad Capitulum pertinere
 obseruetur, quia Concilium in hoc nihil innovat.

26 *Qui vero non obtinent dignitates.*] Qui non obtinent dignitates
 nec sunt de Capitulo Portionarii, si in Cathedrali habent titulum
 e choro vestem Canonicalem, & votum consultiuum, sunt de Ca-
 pitulo, & comprehenduntur hoc Decreto.

Dubium faciebat doctrina Innoc. in e. 2. ad finem, de iur. iur.
 quirit quod quis habeat ius Canonici, per ea quae cum uisum
 visum fuit Sacrae Congregat. Illustrissimorum Cardinalium,
 propter votum consultiuum, quod habent illi portionarii, debent
 esse de Capitulo, quantum ad dispositionem huius cap. Non
 debet vocem in Capitulo, habet ius Canonici. Fel. in ca. cum
 de constit. quid autem de dignitatibus faciendum sit, ceterum
 sicut per eum ibidem dicitur.

27 *Nec sunt de Capitulo.*] Et si sub sint Capitulis, vel illis in
 aut famulentur foris aut in ipsa Ecclesia, quantum ad diuina
 aliter.

28 *Nec non constitutionibus.*] Congreg. censuit, non obstat
 Vicarius Archiepiscopi possit interuenire in Capitulo, & in
 Capitulis

Concil. Trid.
 cum declarat.
 in iudicio & potestas

de. si talis facultas ei ante Concilium, ex constitutionib. aut consuetudine, vel alio quocunque iure legitime competebat, iuxta Decretum eiusdem Concilij in fine. Præsertim si illud Capitulum nullo exemptionis, aut speciali iure iuuetur aduersus commodam subiectionem: in his tamen in quibus esset agendum in Capitulo de respectante ad Archiepiscopum, seu suorum commodum, Congregatio æquum censuit, vt ne eius Vicarius Interfit.

29 *Estiam inmemorabilib.*] Derogatio inmemorabilis, de qua hoc cap. extenditur ad disposita c. 4. sess. 6. supra.

30 *Concordiis.*] Re proposita à Rota, & perlata ad Illustrissimos Cardinales, & in congregatione maturata, Illustrissimi censuerunt, derogationem, de qua in præsentì textu, concordias etiam à Sede Apostolica confirmatas comprehendere, quia attendenda est potius mens, quam verba legis, & ita fuerat resolutum sub die 15. Apr. 1574. Sed iterum negotium excitantibus Dominis de Rota, S. D. N. hunc textum declarauit ex congregationis sententia, cum suis derogationibus non comprehendere concordias à Sede Apostolica confirmatas.

Fuit autem propositum in congregatione, an intelligatur de concordijs confirmatis in forma communì, an verò de illis tantum, quæ ex certa scientia sunt confirmatæ? Die 13. Nouemb. 1586.

Congregatio censuit, esse præseruatas ex hoc textu, & ex c. 4. sess. 6. concordias confirmatas ex scientia cum causæ cognitione dimittere.

Super interpretatione c. 4. sess. 6. & cap. 6. sess. 15. Concil. Trid. facta per Dominos de Rota instante Sacra congregatione Illustrissimorum cardinalium eiusdem concilij: Respondit sic Decanus: De ordinatione Sacræ congregationis Illustrissimorum cardinalium Concil. Trid. fuit propositum in Rota dubium, quod erat inter D. Episcopum Gadicensem, & Decanum, & capitulum eiusdem Ecclesiæ super interpretatione tam cap. 4. sess. 6. quam huius c. & partibus hinc inde informantibus fuerunt Cardinales omnes sine difficultate in voto, quòd vigore harum constitutionum possint per Episcopos & alios maiores Prælatos, capitula cathedralium & aliarum maiorum Ecclesiarum, illarumq; personæ visitari, corrigi, & emendari, etiam auctoritate Apostolica: non solum si capitula huiusmodi, ac personæ velint se tueri exemptionibus, sed etiam consuetudinibus, sententijs, iuramentis, & concordijs, quæ tantum suos obligent auctiores, non etiam successores. Ita q; Sacra Synodus comprehendit non solum capitula exempta, sed & omnia alia prætendentis se possideri aduersus visitationem, sub vigore constitutionum, &c. Notissimum enim est, indefinitum in lege æquipollere vniuersalè, præterea sacris dixisset: nullis exemptionibus, si nihil ultra impedimentum exemptionis S. Synodus tollere voluisset, quod non est dicendum sequentibus subiequentibus verbis, sc. consuetudinibus, sententijs, iuramentis.

mentis, concordis, &c. Quam interpretationem clarissime com-
bant verba, quæ sunt initio huius capituli, sc. *Statut. S. Synodum
omnibus Ecclesijs Cathedralibus, &c.* Quæ autem dicitur *præsentibus*
cipit aut excludit, & hoc tenendum est, etiam casu quo agatur
extra visitationem, derogaturque privilegiis etiam ex ratione
competentibus, necnon consuetudinibus etiam in memoratis
sententijs, iuramentis, & concordijs, quæ tantum suos obligent
& oēs, sicut dicitur in hoc capitulo.

31 *Hæc autem omnia & singula.*] S. Synodus in fauorem Episcoporum
addit *omnia & singula* (de quibus hoc capitulum) locum
habere in his Ecclesijs, in quibus Episcopi, aut eorum Vicarii, con-
stitutionibus vel privilegijs aut consuetudinibus, siue concordijs
quocunque alio iure maiorem habent potestatem, auctoritatem
iurisdictionem, quam præsentis Decreto sit comprehensum, præ-
S. Synodus derogare non intendit. Ita hic in præsentis Decreto
Ex quibus verbis collitur unum motuum deducitur per hunc
tes pro parte eiusdem Capituli, quo dicebatur præsentis Con-
nor non continere derogationem statutorum dicti Capituli. Ita
perit ex verbis proxime relatis constat de contrario, cum solent
feruntur constitutiones in fauorem Episcoporum. Ex quo
ferunt prædicta omnia verba multo fortius habere locum, si Cap-
lum neque sit exemptum, aut consuetudinem non habeat, aut
tias, aut iuramenta, aut concordias.

REMISSIONES.

Vide Aloyf. Ricci. in collect. dec. p. 4. collect. 751. per totum
nostrum procedere etiam in portionario, ita ut Canonici possint
coniudices eligi, & huiusmodi portionarios habere ius visitandi
Canonicos, & posse agere sicut Canonici pro concordationibus
cl. sic utilitatem, resoluit Verall. decil. 91. p. 1.

8 *Quando Episcopus visitauerit.*] Visitacionem Capituli
personatum Episcopis concessam, esse intelligendam cum
non privatur ad Abbates, & Decanos, & alios, quibus
compererat ius visitandi, seorsum tamen ab Episcopis, per
Card. decilum referunt Stephan. Gratian. discipul. forens. cap. 40.
40. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. §. 2. pro m. n. 21.

7 *Ut Capitulum initio cuiuslibet anni, &c.*] An habeat locum
pitulo exempto ab Episcopo? Affirmant Zerol. in praxi Episcop.
bo Capitulum, vers. ad 8. pag. 84. Rot. Roma. divers. dec. 20. p. 2.
p. 2. quam refert Aloyf. Ricci. d. Collect. 751. in prin.

8 *An si Collectores Cameræ Apost. ad nudum ministrantur*
gendi certis casibus in partibus depurati si sunt Canonici, vel
beneficiati ab Episcopo visitari & corrigi possint? Sacram. Canon.

Concil. Trid.
cum declar.
in materia
iurisdictionis

gregationem censuisse Episcopum non posse, refert Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gl. 1. num. 82.

¶ Vnum autem tantum sit.] Quid si discordent? Vide Guttier. pract. lib. 1. q. 94.

¶ Non obstantibus, quoad supradicta, privilegij.] Locum non habere in concordijs Sede Apostol. ex certa scientia confirmatis, docet Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gl. 25. num. 14.

CAPVT VII.

Accessus aut regressus ad beneficia ecclesiastica tollantur. Coadiutor quomodo, cui, & ex qua causa concedendus.

Cum a beneficijs ecclesiasticis ea, quæ hæreditaria successione imaginem referunt, sacris constitutionibus sint odiosa, & Patrum decretis contraria; nemini in posterum accessus, aut regressus, etiam de consensu, ad beneficium ecclesiasticum cuiuscumque qualitatis concedatur: nec hæcenus concessi suspendantur, extendantur, aut transferantur. Hocque decretum in quibuscumque beneficijs ecclesiasticis, ac in quibuscumque personis, etiam Cardinalatus honore fulgentibus locum habeat. *¶ In Coadiutorijs quoque cum futura successione idem post hæc obseruetur, vt nemini in quibuscumque beneficijs ecclesiasticis permittantur. Quod si quando ecclesiæ Cathedralis, aut monasterij vrgens necessitas, aut euidentis vtilitas postulet Prælato dari Coadiutorem, is non aliàs cum futura successione detur, quàm hæc causa prius diligenter à Sanctissimo Romano Pontifice sit cognita, & qualitates omnes in illo concurrere certum sit, quæ à iure, & decretis huius S. Synodi in Episcopis, & Prælatibus requiruntur: aliàs concessionem super his factæ surreptitiuæ esse censentur.*

a. c. ad Apōstolicam s. q. r. c. ex transmissa, & c. ad extirpandas successiones, de fil. presb. c. consulsit. de iur. patro. c. ad hæc. de dec. Conc. Rom. tempore His larj c. 55

*rid
at
un*

DECLARATIONES.

¶ In Coadiutorijs] Episcopo cuidam petenti, vt posset facere Coadiutorem in Abbacia, quam in Episcopatus resignatione retinuit, concessum est, vt eligat Vicarium ad vitam, vel coadiutorem; & ceterum non obstat præsens capitulum.

Qq 2

REMIS-

REMISSIONES.

- ¶ Vide Flam. de Resign. lib. 6. q. 5. num. 96. P. Azor. inst. moral. p. 2. lib. 9. c. 21. col. 883.
 ¶ De Coadiutoria vide Quinrad. Ecclesiast. lib. 2. à numer. 39. cum seqq. Latissimè Nicol. Gatti. de Benefic. p. 4. c. 5. per totum.
 ¶ Quando concedi soleant Coadiutoria, vide Gonzal. ad reg. Cancellar. gl. 5. §. 9. num. 43. cum seqq.
 ¶ In Coadiutorijs. &c.] Vide P. Azor. d. p. 2. li. 3. c. 2. col. 37. & quid Gonzal. d. gl. 5. num. 33. & 34.

CAPVT VIII.

Beneficiati sint hospitales. Hospitalia regantur prout seruetur, ut patitur prouentus, ac bona. Episcopus ad hac aduigilans, contra tamen fundationem nihil agat, quam obseruari curet, adhibitis pœnis.

¶ Admonet sancta Synodus quoscumque Ecclesiastica beneficia, secularia, seu regularia obtinentes, a ut hospitalitatis officium, à sanctis Patribus frequentè commendatum, quantum per eorum prouentus licebit, promptè, benigneque exercere assuescant; memores, eos qui hospitalitatem amant, b Christum in hospitibus recipere. Illis verò, quæ hospitalia vulgo nuncupata, seu alia pia loca, ad peregrinorum, infirmorum, senum, pauperum ue usum præcipuè instituta, i in commendam, administrationem, aut quemcumque titulum, aut etiam ecclesijs suis vnita, obtinent; vel si Ecclesiæ Parochiales, hospitalibus fortè vnita, aut in hospitalia erecta, earumque patronis in administrationem concessè sint; præcipuo mino, vt impositum illis onus, officium ue administrationis, atque hospitalitatem, quam debent, ex fructibus ad illi deputatis actu exerceant, c iuxta Constitutionem Concilij Viennensis, alias in hac eadem Synodo sub fel. memoriæ Paulo III. innouatam, quæ incipit, Quia contingit, b Quod si hospitalia hæc ad certum peregrinorum, aut infirmorum, aut aliarum personarum genus suscipiantur.

a c. 1. & c. quiescamus, 42. dist. c. Archid. 25. dist. c. volumus. 19. dist. c. quia, ad fi. & c. de of. 12. qu. 2. c. quoniam. 16. q. 1. b Matt. 25.

c Clem. quia contingit, de relig. domi. & sup. Sess. 7. cap. vlt.

fuerint instituta; nec in loco, vbi sunt dicta hospitalia, similes personæ, aut per pauca reperiantur; mandat adhuc, vt fructus illorum in alium pium vsum, qui eorum institutioni proximior sit, ac pro loco, & tempore vtilior, conuertantur, prout Ordinario cum duobus de Capitulo, qui rerum vtu peritiores sint, per ipsum deligendis, magis expedire visum fuerit: nisi aliter fortè, etiam in hunc euentum, 2. in eorum fundatione, aut institutione fuerit expressum: quo casu, quod ordinatum fuit, obseruari caret Episcopus, aut, si id non possit, ipse, prout supra, vtiliter prouideat. Itaque si prædicti omnes, & singuli, cuiuscunque Ordinis, & Religionis, & dignitatis, etiam si laici fuerint, qui administrationem hospitalium habent, non tamen regularibus subiecti, vbi viget regularis obseruantia, ab Ordinario moniti, hospitalitatis munus, adhibitis omnibus, ad quæ tenentur, necessarijs, re ipsa obire cessauerint; non solùm per Ecclesiasticas censuras, & alia iuris remedia ad id compelli possint, sed etiam hospitalis ipsius administratione, curave perpetuò priuari possint; aliique eorum loco ab ijs, ad quos spectabit, substituantur. Et prædicti nihilominus, etiam ad fructuum restitutionem, quos contra ipsorum hospitalium institutionem perceperunt, quæ nulla eis remissione, aut compositione indulgeatur, in foro conscientie teneantur; nec administratio, seu gubernatio huiusmodi locorum vni & idem personæ vltra triennium deinceps committatur; nisi aliter in fundatione cautum reperiat: non obstante, quoad omnia supradicta, quacumque vnione, exemptione, & consuetudine in contrarium, etiam immemorabili, seu priuilegijs, aut indultis quibuscumque.

DECLARATIONES.

1. *In commendam.*] Hospitalia, ob rationabilem causam quandoque à Sede Apostolica ad quatuor menses tantummodo commendantur, cum clausula, quod omnes fructus in vsum pauperum conuertantur.

Petenti Cardinali de Pisis, vt Hospitale Placentinum vacans mortuus

Qq 3

tecius

te eius familiaris, sibi solum ad sex menses commendaretur, Congregatio censuit dandum, & custodiendum ad quatuor menses per Breue, cum onere tamen vt postea de idoneo viro prouideatur ex hoc Decreto, & modo interim ipse nullos inde fructus percipiat, sed omnes in vsum Hospitalis conuertat.

Congregatio censuit, comprehendi Hospitale, cuius à 300. annis citra collatio & institutio in perpetuum titulum dari consuevit, qui Concilium excipit vnum casum duntaxat, videlicet quando alterius fundatione cautum reperitur.

2 In eorum fundatione, vel institutione.] Congregatio Concil. diei. Febr. 1581. censuit posse, & debere admitti id quod aliter fieri cautum est in fundatione.

REMISSIONES.

AN possit aliquis compelli ad hospitalitatem? Vide Liron in l. si quis à liberis, §. & si impubes, num. 37. Menoch. de arbit. casu 182. numer. 43. P. Henric. p. 2. sum. pag. mibi 117. Tiraq. de Pœnis temp. causa 44. num. 10. Spin. in Speculo Testam. gl. 6. princ. num. 8.

β Quod si hospitalia, &c.] Vide Frat. Emman. quæst. Regal. tom. 1. q. 84. artic. 2. vers. Secundum, Zerol. in praxi Episcop. p. 1. verbo Hospitalis, num. 8.

CAPVT IX.

Quomodo probandum ius patronatus: cui deferendum, similiter etiam vetita nonnullæ accessiones, quadam vix minime. Legatur & teneatur hoc capitulum.

a & c. Sicuti, legitima patronatum iura tollere, præterque fidelium voluntates in eorum institutione violare, æquum non est: sic etiam, vt hoc eolore beneficium ecclesiasticum in seruitutem, quod à multis impudenter fit, redigantur, non est permittendum. Quæritur debita in omnibus ratio obseruetur, decernit sancta Synodus; vt titulus iuris patronatus sit ex a fundatione, vel donatione, qui ex authentico documento, & alijs iure requisitis ostenditur, siue etiam 2 d ex multiplicatis præsentationibus per antiquissimum temporis cursum, quæ habentiam memoriam excedat, aliasve secundum iuris dispositio-

2 Sup. sess. 14
de ref. c. 12. c.
pia mentis,
cum seq. 16.
q. 1. c. no-
bis, de iu-
patro.

fictionem. In ijs verò personis, seu Communitatibus, ² vel Vniuersitatibus, in quibus id ius plerumque ³ ex usurpatione potius *quisitum* præsumi solet, plenior, & exactior probatio ad docendum verum titulum requiratur, ⁴ ne immemorabilis temporis probatio aliter eis suffragetur, quàm si præter reliqua ad eam necessaria, præsentationes, etiam continuatæ, non minori saltè, quàm quinquaginta annorum spatio, quæ omnes effectum sortitæ sint, ⁵ authenticis scripturis probentur. ⁶ Reliqui patronatus omnes in beneficijs, tam secularibus, quàm regularibus, seu parochialibus, vel dignitatibus, aut quibuscumque alijs beneficijs, in Cathedrali, ⁷ vel Collegiata Ecclesia; seu facultates, ⁸ & priuilegia concessa tam in vim patronatus, quam alio quocumque iure nominandi, eligendi, præsentandi ad ea, cum vacant (⁹ exceptis patronatibus, super Cathedralibus Ecclesijs, competentibus, & exceptis alijs, quæ ad Imperatorem & Reges, seu regna possidentes, ¹⁰ aliosque sublimes, ac supremos Principes, iura Imperij in dominis suis habentes, pertinent; & ¹¹ quæ in fauorem Studiorum generalium concessa sunt) in totum prorsus abrogata, ¹² & irrita, cū quasi possessione inde secuta, intelligantur. Beneficiaque huiusmodi, tanquam libera, à suis collatoribus conferantur; ac prouisiones huiusmodi plenum effectum consequantur. ¹³ Ad hæc liceat Episcopo, præsentatos à patronis, si idonei non fuerint, repellere. ¹⁴ Quod si ad inferiores institutio pertineat; ¹⁵ ab Episcopo tamen, iuxta alias statuta ab hac sancta Synodo, examinentur: alioquin institutio ab inferioribus facta, ¹⁶ irrita sit, & inanis. ¹⁷ Patroni autem beneficiorum, cuiuscumque Ordinis, & dignitatis, etiam si Communitates, Vniuersitates, Collegia quæcumque Clericorum, vel laicorum existant in perceptione fructuum, prouentuum, obventionum quorumcumque beneficiorum, etiam si vetè de iure patronatus ipsorum ex fundatione, & dotatione essent, nullatenus, ¹⁸ nullave causa, vel occasione se ingerant; sed illos liberè Rectori, seu Beneficiato, non obstante etiam quacumque consuetudine, distribuendos dimittant.

Qq 4 Nec

^a Nota pro
¹⁹ sess. 24.

^b Sup. sess. 24.
de ref. c. 18. de
sess. 4. de
ref. c. 13.

Nec dictū ius patronatus venditionis, aut alio quocun-
 que titulo in alios contra Canonicas sanctiones transfe-
 re præsumant: 14 si secus fecerint, excommunicationis &
 interdicti pœnis subiiciantur; & dicto Iure patronatus
 ipso iure privati existant. Insuper accessiones, per vni-
 onis factæ de beneficijs liberis, ad Ecclesias Iuris pri-
 uati, etiam laicorum, subiectas, tam ad parochiales
 quam ad alia quæcumque beneficia, etiam simplicia, seu
 dignitates, vel hospitalia, ita vt prædicta beneficia libera
 eiusdem naturæ cum ijs, quibuscum vniuntur, efficiantur,
 atque sub Iure patronatus constituantur; hæc si non
 dum plenarium sortitæ sunt effectum, vel deinceps ad
 cuiusvis instantiam fuerint; quacumque auctoritate, eorum
 Apostolica, concessæ fuerint, simul cum vniōibus ipsi-
 per surreptionem obtentæ intelligantur: non obstat
 quacumque in ijs verborum forma, seu derogatione, quæ
 habeatur pro expressa: nec executioni amplius denegantur;
 sed beneficia ipsa vnita, cum vacauerint, libere
 vt antea conferantur. ^a Que verò à quadraginta annis
 tractæ, effectum & plenam incorporationem sume con-
 secuta; hæc nihilominus ab Ordinarijs, tanquam à Sede
 Apostolica delegatis, reuideantur & examinentur: ac qui
 per surreptionem vel obreptionem obtentæ fuerint, cum
 cum vniōibus irritæ declarentur, ac beneficia ipsa repon-
 rentur, & alij conferantur. Similiter quoque patronatus
 quicumque in Ecclesijs, quibuscumque alijs beneficijs, seu
 dignitatibus antea liberis, acquisiti à quadraginta
 annis citrà, & in futurū acquirendi, seu ex augmento do-
 tis, seu ex noua constructione, vel alia simili causa, eorum
 auctoritate Sedis Apostolicæ, ab ijdem Ordinarijs, vel
 delegatis, vt supra, qui nullius in his facultatibus aut pri-
 uilegijs impediuntur, 15 diligenter cognoscantur: & qui
 non repererint ob maximè euidētē Ecclesiæ, vel be-
 neficij, seu dignitatis necessitatem legitime confirmatos
 esse, in totum reuocent; atque beneficia huiusmodi in
 damno illa possidentium, & restituto patronis eo, quod
 eis idcirco datum est, in pristinum libertatis statum restituantur.

^a Sup. sess. 7.
 cap. 6.

Concil. Triad.
 cum declar.
 inaneat in
 macta

cant: non obstantibus priuilegijs, constitutionibus, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus.

DECLARATIONES.

1. *Ostenditur.*] Non est satis asserenti, sibi competere Ius patronatus ex fundatione vel donatione; quod vna presentatio de Anno 1554. & altera 1561. effectum sortita fuerint, sed ostendatur, prout Congregatio censuit, die 4. Februarij 1581. *Infrà, hoc c. §. multiplicatis.*

Item censuit, non posse patronum repelli à sua quasi possessione presentandi, si adhibita causæ cognitione super Iure patronatus, post Concilium Ordinarius à Patrono presentatum admisisset, etiam si post obitum eiusdem presentati de validitate Iuris patronatus iterum contigerit dubitari: secus autem, si simpliciter Patroni presentatio absque causæ cognitione admissa fuisset. Item censuit, tum demum debere intelligi adhibitam fuisse causæ cognitionem in probando Iure patronatus, cum seruata fuerit forma à Concilio tradita. *Infrà, hoc cap. §. diligenter.*

2. *Multiplicatis presentationibus.*] Ius patronatus ex solis presentationibus continuis ultra hominum memoriam probatur, licet in eis nulla fuerit facta mentio de fundatione, aut donatione.

Hoc decretum Concilij habet locum & in petitorio, & in possessorio, vnde admittenda non est presentatio, aut presentati in futurum facienda, nisi prius cognito Iure patronatus ex Decreto Concilij.

3. *Ex usurpatione potius questum.*] Quoad usurpationem bonorum Ecclesiasticorum, quæ præsumitur in Dominis Oppidorum & terrarum habentibus perpetuam iurisdictionem, Congregatio Concilij censuit, Barones, & alios Dominos iurisdictionem perpetuam habentes comprehendere hoc Decreto.

4. *Nec immemorabilis temporis.*] Ad probandum priuilegium patronatus in Conuentuali Ecclesia ex causa fundationis, & donationis, & quidem in eius limine fundationis concessum fuisse, sufficit immemorabilis, iunctis multiplicatis presentationibus, quæ secundam formam Concilij hoc cap. effectum sortita fuerunt. Sic enim Congregatio die 4. Decembris 1586. censuit ex verbis Concilij, etiam casu quo super hoc nullum fuerit priuilegium, aut nullum reperitur fundationis instrumentum.

Congregatio censuit, vt ad conficiendam immemorabilem consuetudinem concurrant anni elapsi vsque ad terminum controversiæ mortuæ, non tantum tempus diuersum ad publicationem Concilij attendendum sit.

5 *Authenticis scripturis probentur.*] Non possunt repelli probationes oblatae à Patronis, ut eorum patronatus declaratur esse et Concilio: saluis tamen exceptionibus tam huius Decreti, quam iuris communis, Probatio ergo quæ sit per solos testes & non per authenticam scripturam rejicitur.

6 *Reliqui Patronatus.*] Congregatio die 4. Decembris 1586. censuit esse sublato patronatus ex privilegio, non autem ex fundatione donatione.

7 *Vel Collegiata Ecclesia.*] Si de beneficiis simplicibus agatur, presentatio non potest institui à Canonicis, priusquam fuerint examinati ab Episcopo, & idonei reperti. Si veto de parochialibus Ecclesiis agatur, servanda est forma examinis quæ præscriptur. Sess. 14. cap. 16.

8 *Et privilegia concessa.*] Super hæc verba fundabat se quidam Episcopus dicens ius eligendi (quod ex consuetudine competeret eisdem Capitulo cuiusdam Ecclesie Collegiatae ad Canoniam vacantem) per Concilium hoc esse sublatum, quod factum est. & factum Illustrissimorum Congregatione approbatum, nam Tertio ultio stringit se ad ius eligendi in iure patronatus electivæ, non autem in illis electionibus, quæ de iure communi Capituli competerent Praelato inferiori.

9 *Iure nominandi, eligendi, presentandi.*] Hoc ius presentandi & ad mansionarios, tantum censendum est esse ex privilegio, quando Capitulum non fundavit, nec dotavit, vel habet immemoriale, quod idem sublaturum est hoc Decreto. Qui dicit se habere hoc patronatus ex privilegio, admittendus est ad probandum immemorialem.

Ius patronatus ex privilegio Episcopi concessum, in cuius possessione extiterit præfati patroni per 140. annos, cum consistat de titulo ex privilegio invalido, centenaria possessio probatio non potest, & hoc, ob malam fidem.

10 *Quod si ad inferiores institutio.*] Quando Concilium hoc remittit ad statuta alias in hac sancta Synodo, intelligit Tertium Sess. 7. cap. 13. ut sit sensus: Beneficium iuris patronatus, quando est simplex, licet possit ab inferiore institui, tamen licet per Episcopi requirit examen. Sic Congregatio die 17. Junii 1575.

Congregatio censuit, cognitionem validitatis & invaliditatis iuris patronatus controuersi, ad Episcopum duntaxat, non ad inferiores, qui ius habent instituendi, pertinere, secus verò huiusmodi inferiores Ordinarij in eo loco haberent iurisdictionem.

11 *Ab Episcopo examinentur.*] Etiam si institutio pertinet ad monachos. Non tamen comprehendit beneficia simplicia, quorum collatio liberè pertinet ad inferiores, sed bene se extendit ad beneficia

Concil. Triad.
cum declarat.
et remiss.

beneficia
rentio in
Abba
Ecclesiis
que Episc
ab Episc
exempti
ex hoc ca
modi
tam iuri
nodi tan
si op exa
gregatio
in eos
nem.
in Irri
his exam
beneficiu
tum.
Null
reingerit
monas in
tam in h
salena
Murana.
in iuris p
tam ille
pas illu
eo cau.
14. Si fec
Decreto
aus sed
1) Dilige
ur de iure
aus repell
ta cogno
simplicite
tore.

Vide
Cab
leg. 8. Ca
gin. 11

beneficia, pro quibus facienda est presentatio, electio, seti manutentio inferioribus collatoribus.

Abbatēs, & alij ex fundatione exemptionem prætendentes in Ecclesiis suis, coram se presentatos instituere non possunt absque Episcopi examine. Congregatio enim Concilij illud censuit, ad Episcopo fieri debere, si nihil aliud obijciatur, quàm dicta exemptio: & aliter factam institutionem, irritam esse & nullam ex hoc capite. Et quia dicti Abbates prætendunt in dictos huiusmodi à se ad patronorum presentationem institutos, omnimodam iurisdictionem habere, seque illorum Ordinarios esse, & idem dictam declarationem sibi non obesse, quò minus absque Episcopi examine & approbatione presentatos instituere possint; Congregatio censuit eis obesse eam, etsi Ordinarij institutorum sint, & in eos iurisdictionem habeant, alias eam irritam esse institutionem.

Irrita sit & inanis.] Non sufficit, quòd presentatus fuerit alicui examinator, & approbatus ab alio Ordinario ad aliquod beneficium Curatum, sed de nouo oportuit eum esse examinatum.

Nullaue causa, vel occasione se ingerant.] Qui tempore, quo fructus exigit, non est in actu presentandi, sed est Patronus in potentia, (utpote de patronorum familia) non habet locum in hoc capitulum, sed is alia pœna puniri poterit, quia bona aliena inuast, vel surripuit. Sic Congregatio censuit, in vna Marana. Quod si ipse patronus vellet à presentato conducere bona iuris patronatus (etenim verbum, *ingerere*, sonat rem agi per viam illegitimam, titulus verò locationis est legitimus) maior pars Illustrissimorum respondit hoc capitulum habere locum etiam in eo casu.

Si secus fecerint, excommunicationis, &c.] Pœnæ appositæ in hoc Decreto referuntur non solum ad alienantem bona beneficij patronatus, sed etiam ad usurpantem fructus illius.

Diligenter agnoscantur.] Si Ordinarius post Concilium cognouerit de iure patronatus, & admisit post Concilium, non potest patronum repellere à sua quasi possessione presentandi, si Ordinarius voluerit cognoscere, propter obitum illius presentati: secus autem, si simpliciter eius presentatio fuisset admissa absque causæ cognitione.

REMISSIONES.

Vide Mathæ. Soares practica & Ordine visitandi, cap. 6. num. 1. Cabed. de Patronat. Regiz Coronæ, c. 34. Latissimè Gonzal. ad Reg. 8. Cancell. Gloss. 18. nu. 19. cum multis seqq. nouissimè P. Valer. in praxi fori pœnit. lib. 30. tract. 3. num. 210.

Deci-

Prima. Hoc Decretum Concilij habet locum in petitorio, & in possessione. Vnde admittenda non est presentatio, aut presentati institutio facienda, nisi prius verificato iure patronatus et decreto Concilij, refert Gonzal. ad Reg. & Cancel. Gloss. 18. num. 27.

¶ Secunda. Non potest repelli à sua quasi possessione presentatus, si adhibita causæ cognitione super iure patronatus post Concilium Ordinarius à patrono presentatum admisisset, etiam si post obitum eiusdem presentati, de validitate iuris patronatus contingeret dubitari, secus autem si simpliciter patroni presentatio absque causæ cognitione admissa fuerit, refert Gonzal. d. Gloss. 18. num. 26.

¶ Tertia. Ius patronatus ex folis presentationibus contra hominum memoriam probatur, licet in eis nulla sit mentio de fundatione, aut dotatione, refert Gonzal. d. Gloss. 18. num. 46.

¶ Quarta. Pro forma requiritur, ut probatio fiat per authenticas scripturas, & regula est constituenda, quod probatio per testes non sufficiat, refert Gonzal. d. Gloss. 18. num. 79. & num. 82. resoluendo, si per testes probaretur esse deperditas scripturas, & deponerentur in tenore illarum, in quibus continebantur continuare presentaciones, quod tunc satisfaceret menti Concilij, vide tamen Seeph. Grandisq. forens. cap. 168. num. 21.

§ *Vigetur debita in omnibus, &c.* Quibus modis probentur ius patronatus, vide Mascard. de Probat. Conc. 956. & concl. 12. de Decis. 540. nu. 2. & dec. 542. num. 3. Zetol in praxi Episcop. p. 1. de Ius patronatus, pag. 180. Aloyf. Ricci. in Collect. decis. pa. Collect. An sufficiat fama, Mascard. concl. 753. num. 47.

¶ An debeat patronus probare bonam fidem? Vide Spino. in Speculo Testam. Gloss. 4. princip. num. fin. Valac. consuit. 167. no. 9. cum seqq. Gonzal. d. Gloss. 18. num. 48. vbi quid si constet de iniusto titulo, vel de iniusto principio.

¶ *Sive etiam ex multiplicatis presentationibus, &c.* Vide Menet. Copl. 336. & lib. 3. de Præsumpt. quest. 90. num. 3. cum seqq. Mascard. concl. 103. nu. 9. Gonzal. d. Gloss. 18. num. 44. cum seqq. Casal. de 17. p. 1. vbi resoluunt, ad minus debere esse tres, nec omnes necessarias esse de tempore immemoriabili decidit Aloyf. Ricci. de 17. p. 1. on. 29.

¶ *Qui hominum memoriam excedat.* Quot annorum debet esse tempus immemorabile ad probandum ius patronatus? Per ipsum sexaginta annorum probari tenent Olfac. dec. 150. Vinc. de Franca. dec. 166. Spatium tamen centum annorum desiderari allegant Coppell. Tholof. dec. 440. Faria. in dec. nouis. 584.

Concil. Tri
cū declar
in praxi
moral

10 An patronus, qui est in quasi possessione presentandi post Concil. si de nouo vacet beneficium, & iterum presentet, teneatur ad instantiam fisci de nouo docere de titulo, vel prius debet fieri instantio & manuteneri in possessione? Patronum esse manutentem in quasi possessione saluis iuribus fisco in peritorio, decidit Aloys. Ricci Curie Archiep. Neap. decis. 63.

11 *Vel vniuersitatibus.* Vide Aloys. Ricci. in Collect. decis. p. 4. Collect. 1240.

12 *Exceptis patronatibus, &c.* Vide Gutier. pract. li. 3. q. 13. num. 72. Gonzal. ad Reg. 3. Cancel. gloss. 24. num. 160. & vide quid gloss. 18. no. 77. cum seqq.

13 *Aliosq. sublimes ac supremos principes.* Qui sunt isti magnates, vide Gonzal. ad Reg. 3. Cancel. gl. 18. num. 66. cum seqq. & gloss. 24. a numero.

14 *Et irritis, &c.* Vide Gonzal. ad Reg. 3. Cancel. Gloss. fin. num. 47. & 48.

15 *Patroni autem beneficiorum.* Vide Spin. in Speculo Testa. Gloss. princip. num. 91.

CAPVT X.

Trarer Ordinarios locorum quadam persona qualificata designentur a Capitulis, coram quibus ac eorum substitutis causa Ecclesiastica spirituales tractentur. Breuiter terminentur causa.

Quoniam ob malitiosam petentium suggestionem, & quandoque ob locorum longinquitatem, personarum notitia, quibus causae mandantur, vsque adeo haberi non potest, hincque interdum iudicibus, non vnde quaque idoneis, causae in partibus delegantur: statuit sancta Synodus, in singulis Conciliis prouincialibus aut diocesanis aliquot personas, quae qualitates habeant, ^{a c. statutum de refer. in d. vide post finis huius libri.} iuxta Constitutionem Bonifacij VIII. quae incipit, Statutam, & 1 alioquin ad id aptas designari, vt praeter Ordinarios locorum iis etiam posthac causae Ecclesiasticae ac spirituales, & ad forum Ecclesiasticum pertinentes, in partibus delegandae committantur. Et, si aliquem internum 2 ex designatis mori contigerit, 3 substituat Ordinarius loci eum Consilio Capituli alium in eius locum, vsque ad futuram prouincialem aut diocesanam Synodum: ita vt habeat

habeat quæque diœcesis quatuor saltem aut etiam plures probatas personas, ac vt supra qualificatas, quibus huiusmodi causæ à quolibet Legato, vel Nuncio, etiam à Sede Apostolica committantur: alioquin post designationem factam, quam statim Episcopi ad summum Romanum Pontificem transmittant, delegationes eorumq; aliorum iudicum, alijs quàm his factæ, suspensivæ censentur. Admonet dehinc sancta Synodus

^a *Vide Sess. 4. c. 20. c. finem litibus, & c. fi. de do. & contu. c. 2. de re iud. & c. constitutus, de procur.* Ordinarios, quàm alios quoscumq; iudices, a vt terminandis causis, quanta fieri poterit breuitate, studeant, ad litigatorum artibus, seu in litis contestatione, seu alia partium iudicij differenda, modis omnibus, aut terminis preiudicij, ne, aut competenti alia ratione occurrant.

DECLARATIONES.

¹ *Alioquin ad id aptas designari.]* Harum personarum quilibet nominationem ad Episcopum quidem principaliter, potestatem privatiuè ad alios spectare, congregatio respondit. Et si quis tempore commissionis causarum reperiebatur constitutus in dignitate & designatus inter iudices synodales, commissionem resignare poterit de eadem causa cognoscere, quia sufficit ab initio facta acceptio. Sic fuit dictum die 2. Martij 1587.

² *Ex designatis mori contigerit.]* Habet hic Textus etiam locutionem diuturna absentia, quæ æquiparatur morti.

³ *Substituit Ordinarius loci cum consilio Capituli alioquin loci.]* Congregatio censuit, consilium Capituli requiri profectum. Ordinarius ergo non poterit illud prætereire, at tamen non tenetur illud sequi.

CAPVT XL.

Ecclesiarum bona non elocentur cum præiudicio successorum, quocumque indulto non obstante. Iurisdictiones quoque Ecclesiastica non locentur, & concessa elocari, irritantur, &c.

^a &c. **M**agnam Ecclesijs perniciem afferre solent earum bona, & representata pecunia, in successorum præiudicium alijs locantur. Omnes igitur hæc locantur

ones, si anticipatis solutionibus fiant, a d nullatenus in pra-
judicium successorum validæ intelligantur; quocumque a c. de precā-
 riu, l. 1. q. 7. &
 c. 2. de precā.
 indulto, aut priuilegio non obstante, nec huiusmodi lo-
 cationes in Romana Curia vel extra eam confirmantur.
 Non liceat etiam *in iurisdictiones Ecclesiasticas*, seu facultates
 nominandi aut deputandi Vicarios in spiritualibus, lo-
 care; nec conductoribus per se aut alios ea exercere, a-
 literq; concessionem, etiam à sede Apostolica factæ, surre-
 ptitiæ censeantur. Locationes verò rerum Ecclesiastica-
 rum, etiam auctoritate Apostolica confirmatas, sancta
 Synodus irritas decernit, 2 *quas e à triginta annis citra*, 3 *ad
 longum tempus*, seu, vt in nonnullis partibus, ad viginti
 nouem, seu bis viginti nouem annos, vocant factas; Sy-
 nodus prouincialis, vel deputandi ab ea, in damnum Ec-
 clesiæ & contra Canonicas sanctiones contractas fuisse
 indicabunt.

DECLARATIONES.

- 1 *In iurisdictiones Ecclesiasticas.*] Sub ijs comprehenduntur etiam iu-
 risdictiones damno: u n d. torum.
- 2 *Quas à 30 annis citra.*] Intelligendum à 30. annis citra, vsque ad
 confirmationem Concilij.
- 3 *Ad longum tempus.*] Dominus proprietatis, si tempus præfixum,
 esset finitum, ita vt deberet confirmare Emphyteusim, contineretur,
 si electi deputati à Synodo, vel ipsa Synodus Prouincialis iudicaue-
 rint non esse locationem factam in damnum monasterij, ipse autem
 Decretare debet, vt quamprimum fiat hoc iudicium.

REMISSIONES.

- Vide P. Rebello de Obligat. iust. p. 2. lib. 14. q. 5. à num. 4. P. Vale.
 Regim. in praxi fori poenit. lib. 25. ca. 43. n. 539.
- Virum valida sic per priores saltem tres annos locatio, de rebus
 Ecclesiæ ultra triennium, facta in Lusitania, & vbi extrauagans Pau-
 lina recepta est: Affirmat P. Rebello, d. lib. 14. q. 6.
- Repraesentata pecunia.*] Ante diem solutam intelligit Gutier. de Iu-
 r. Confirmit. p. 3. cap. 3. num. 2. vide quid D. Barbof. in l. si filio-
 fam. §. vl. num. 27. ff. soluto mat. Valasc. de iure Emphyt. quæst. 10.
 num. 5. Zerol. in praxi Episco. part. 1. verbo Alienatio rerum Eccles.
 tit. ad 7. pag. 14. nouissimè Cald. Pereira de Renouat. quæst. 20.
 num.

num. 3. & de Emptione. cap. 26. num. 8. ubi etiam in locatio iudicatur usuraria, si ob representatam solutionem conductor dimidium lucri faciat.

§ *Nullatenus in praeiudicium successorum, &c.* An Praelatus vel beneficiarius succedens in officio vel beneficio teneatur stare locum per suum praedecessorem factae? Negant, si Praelatus vel beneficiarius nomine proprio locet redditus suae dignitatis, vel beneficii in suam utilitatem, ad tempus iure vel Synodali constitutione permissum, ipseque ante tempus locationis expletum decedat, licet pro illo anno coepit, & quando terra essent saez, & fructus pendentes de proximo colligendi, per gloss. receptam in cap. de Praelati vices suas, Cou. Vari. lib. 2. cap. 15. num. 6. Molin. de Primog. lib. 1. cap. 21. a princip. Caroc. de Locato. p. 3. tit. de rebus Eccles. locandis, quaest. 1. cum seqq. Mich. Grass. tom. 2. Communio. lib. 4. tit. 43. num. 40. pag. 656. & ibi Viui. nu. 123. pag. 661. Spin. in Speculo Testam. Gloss. 19. in princip. n. 41. Cardoso in praxi iudicium, verbo fructus, num. 23. & verbo Locatio, num. 6. Steph. Gratian. de scripturis, cap. 37. a num. 18. Rip. obseru. 115. Balb. decif. 129. Strub. verbo decif. 192. Card. Pute. decif. 176. lib. 1. Aloyf. Ricci. in Collect. dec. 4. Collect. 1007. & Collect. 1055. in fine, remissive Guier. de test. p. cap. 20. num. 10. P. Molin. de Iustit. tract. 2. dis. 492. vers. Quibusdumque, Flamin. de Resignat. lib. 1. quaest. 16. num. 47. D. Barthelemy. vltim. a num. 17. Morl. in Emporio iuris, p. 1. tit. 10. quaest. 2. num. 1. P. Valer. Reginald. in praxi fori poeniten. lib. 25. ca. 43. num. 15. cum seqq. ex antiquioribus plures refert Cened. ad Decretal. Collect. p. num. 5. D. Mart. de Iurisdict. p. 4. casu 48. num. 8. & in votatione decif. voto 180. Cardin. Thuse. verbo locatio, concl. 419. Cardin. Mart. de Tacitis & ambig. conuent. lib. 5. tit. 13. num. 21. Calid. quaest. locat. lib. 2. q. 32.

§ *A triginta annis citra.* Vide Cened. ad Decretal. Collect. p. 3. in fine.

CAPVT XII.

Decimarum solutiones fiant: impediens fieri, excommunicatur, nec absoluantur nisi plena restitutione secuta. Subueniendum recte est, tenuioribus qui praesunt Ecclesiis.

Non sunt ferendi, qui varijs artib. decimas, & alijs obuenientes, subtrahere moliantur, aut quibus alijs soluendas temere occupant & in rem suam vertunt, cum decimarum solutio debita sit Deo, & qui eas decimae noluerint, aut dantes impediunt, res alienas inuadunt.

2 Conc. Martiscon. c. 5.
Conc. Ticin. vers. in sacris
Erod. 22. 23.
Leu. 27. Numer. 18. Tob. 3.
Mal. 3. c. decimas, 6. q. 1. c. decimas, cum seq. 16. q. 7. c. parochianus, c. de transf. missa, & c. 9na, de deci.

Concil. Trid.
cu declar
in materia

Præcipitur igitur sancta Synodus omnibus, *1* cuiuscumq; gradus & conditionis sint, *2* ad quos decimarum solutio spectat, ut eas, ad quas de iure tenentur, in posterum Cathedrali, aut quibuscumq; alijs Ecclesijs vel personis, quibus legitime debentur, *3* integrè persoluant. *a* Qui verò eas aut subtrahunt, aut impediunt, excommunicentur; nec ab hoc crimine, *β* nisi plena restitutione secuta, absoluantur. Hortatur dehinc omnes & singulos, pro Christiana charitate, debitoq; erga Pastores suos munere, ut de bonis sibi à Deo collatis, Episcopis & Parochis, qui tenuioribus præfunt Ecclesijs, largè subuenire ad Dei laudem, atq; ad Pastorum suorum, qui pro eis inuigilant, dignitatem tuendam, non grauentur.

a. omnes decima, 1. 6. 9. 7. c. peruenit, c. non est, c. tua & c. in quibusdam, de deci. Clem. 1. c. d. tit.

REMISSIONES.

*V*ide Fr. Ioan. de la Cruz, de statu Relig. lib. 2. cap. 19. dub. 4. per totum.

β Nisi plena restitutione. Vide nouissimè P. Sanch. in præcepta Decretalium lib. 2. cap. 20. num. 19.

CAPVT XIII.

Quarta funeralium soluat^r omnino loco cui hæcenus solita est pendi, non obstantibus quibuscumque.

*D*ecernit *b* sancta Synodus, quibuscumque in locis, iam *1* *β* ante annos quadraginta, Quarta, quæ funeralium dicitur, Cathedrali aut Parochiali Ecclesiæ *2* solita esset persolui, *3* ac postea fuerit ex quocumq; privilegio, alijs monasteriis, hospitalibus, aut quibuscumque locis concessa, eadem posthac integro iure & eadem portione, quæ antea solebat, Cathedrali seu Parochiali Ecclesiæ persoluitur: non obstantibus concessionibus, gratiis, privilegiis, etiam Mari magno nuncupatis, aut alijs quibuscumque.

b de sepult. extra. in 6. c. in Clem.

Rr

DE

DECLARATIONES.

1 *Iam ante 40 annos.*] Non comprehenduntur monasteria edificata à 40. annis citra, aut quæ in dies ædificantur, præsupposito quod huiusmodi monasteria sunt eius religionis, cui à Sede Apostolica indultum sit, ut quartam funeralium non teneatur Episcopo solvere.

A dispositione igitur Concil. Trid. in hoc cap. non sumitur argumentum quod à monasterijs ædificatis ab annis 40. citra non tenentur quarta funeralium Episcopo, nisi monasteria per Sedem Apostolicam ad solutionem huiusmodi quartæ partis funeralium non teneantur. Item Monasterium fratrum Minorum S. Francisci de obsequio à 30. annis fabricari cœptum, post hoc Decretum non debet solvere quartam funeralium Cathedrali, prout Congregatio concilii huiusmodi Monasteria non comprehendit vel tenet, quantum funeralium persolvere Episc. præsertim præsupposito privilegio quod illius Tertius concessit religioni fratrum Minorum S. Francisci.

2 *Soluta esset persolui.*] Regularibus, qui sunt in quasi possessione non solvendi quartam Episcopo seu Parocho, non incurrenda probandi ante 40. annos non solvi solitam ab eorum monasterijs, sed onus probandi Regulares ante 40. annos esse solitos solvere, spectat ad prætendentes Episcopos seu Parochos.

3 *Ac postea fuerit ex quo cunctis privilegio.*] Idem si ante 40. annos dummodo Privilegium non sit in usu.

In privilegijs, quæ S. D. N. mendicantibus concessio, ea mentio, ut Parochi non teneantur, quartam funeralium ante 40. annos cum Cathedrali Episcopo incumbere. Non potest autem Episcopus exigere fabricæ suæ Ecclesiæ census, quos Rectores Ecclesiarum parochiarum nec prohibere quin dicti Rectores accipiant sponte oblata ab eisdem defunctorum.

REMISSIONES.

*V*ide Petr. de Perus. in tract. de Canonica Paroch. Betrach. de Episcop. p. 4. lib. 4. num. 40. Pet. Gregor. Syntagm. lib. 2. c. 10. n. 10. Chopin. de sacra polit. tit. 7. n. 13. & 14. Guier. de statum. eccles. part. 2. ca. 4. nu. 2. Cardin. Thuse. tom. 6. verbo Quartæ, consil. 1. de statu Relig. lib. 2. cap. 19. dub. 5.

3 *Ante annos quadraginta.*] Sacra Cardin. Congregat. censuit, non comprehendit in dictis verbis Concil. Monasteria ædificata à quadraginta annis citra, vel quæ in dies ædificantur, &c. referri. Fr. de la Cruz, d. dub. 4. concl. 2. in fine.

Concil. Trid.
cū declar
monasteria

CAPVT XIV.

Datur salutaris ac expeditus modus procedendi contra pestem
famulentam & luculentam clericorum concubinariorum
per ipsos Episcopos, siue illi Clerici sint in be-
neficio siue non.

Qvàm turpe, ac Clericorum nomine, qui se diuino
cultui addixerunt, sit indignum, in impudici-
tate lordibus immundoque concubinato versari, satis
res ipsa, communi fidelium omnium offensione, sum-
moque Clericalis militiæ dedecore, testatur. a Vt igitur
ad eam, quam decet, continentiam, ac vitæ integritatem
ministri Ecclesiæ reuocentur; populusque hinc eos magis
discat reuereri, quo illos vita honestior cognouerit:
prohibet sancta Synodus quibuscumque Clericis, ne concubinas,
aut alias mulieres de quibus possit haberi suspicio, in
domo β vel extra detinere, aut cum ijs vllam consuetudinem
habere audeant: *1. a* In quibus penis, *1. a* sacris Canonibus
vel statutis Ecclesiarum impositis, puniantur. *2. Quod si à Superioribus inoniti,*
3. Quod si se non abstinerint, *4. d* tertia parte fructuum,
obuentuum, ac prouentuum beneficiorum suorum quorum-
cumque, & pensionum ipso facto sint priuati: quæ facta
beneficiorum Ecclesiæ, aut alteri pio loco arbitrio Episcopi
applicentur. Sin verò in delicto eodem cum eadem vel
alita femina perseverantes; secundæ monitioni adhuc
non paruierint, non tantum fructus omnes, ac prouen-
tus suorum beneficiorum, & pensiones eo ipso amittant,
qui prædictis locis applicentur; sed etiam à beneficiorum
ipsorum administratione, quoad Ordinarius, etiam vii Sedis
Apostolicæ delegatus, arbitrabitur, suspendantur; & si ita
suspensi nihilominus eas non expellant, aut cum ijs etiam
versentur, tunc beneficij, & pensionibus quibuscumque
Ecclesiasticis perpetuò priuentur, atque inhabiles ad
indigni quibuscumque honoribus, dignitatibus, beneficijs,

R 1 2

a Supra, sess.
24. c. 2. refor.
Concil. Car-
thag. 3. c. 18.
Conc. Nica-
num, cap. 3.
Concil. Ma-
riscon. 1. c. 1.
Concil. Ara-
lat. 2. cap. 3.
Conc. Tolet.
2. c. 3. Concil.
Braccar. 1. c. 2.
15. Conc. Tu-
ronens. 2. c.
16. 17. Et 18.
Concil. Ma-
guntia cum,
c. 49. c. inter-
dixit, 31. dist.
c. cum omni-
bus, c. 20. l. 1.
m. 1. Et c.
faminas, 81.
dist. c. 1. cum
multa seggi
de cohabit.
Cler. Et m. 1.
lier.

icl
at
in

ficijs, ac officijs in posterum reddantur, donec post manifestam vitæ emendationem ab eorum Superioribus cum ijs ex causa visum fuerit dispensandum. Sed si, postquam eas semel dimiserint, intermissum confortium perpetere, aut alias huiusmodi scandalosas mulieres coniungere ausi fuerint, præter prædictas pœnas, a excommunicationis gladio plectantur. Nec quæuis appellatio, exemptione 5 prædictam executionem impediatur aut suspendatur, sed prædictorum que omnium cognitio, 6 non ad Archiepiscopos, nec Decanos, aut alios inferiores, sed ad Episcopos ipsos pertineat: qui sine strepitu, & figura iudicij, & de la facti veritate inspecta, procedere possint. 7 Clerici vero beneficia Ecclesiastica, aut pensiones non habentes, iuxta b delicti & contumaciæ perseverantiam & quantum ab ipso Episcopo carceris pœna, suspensione ab Ordine ac inhabilitate ad beneficia obtinenda, aliis modis, iuxta sacros Canones, puniantur. 8 Episcopi quoque, quod absit, si ab huiusmodi crimine non abstinuerint, & à Synodo provinciali admoniti, se non contulerint, & ipso facto sint suspensi: & si perseveraverint, etiam ad Sanctissimum Romanum Pontificem ad eodem Synodo deferantur, qui pro qualitate culpe etiam per priuationem, si opus erit, in eos auerterat.

a c. 2. cum
seq. de co-
hab. Cler. &
mul. c. si
cubina, de
sent. Excom.
Conc. Arel.
7. c. 4.

b Sup. c. 6.
& in alijs
c. supra al-
leg. Cœ. To-
let. 4. c. 41.

Vide 2. To-
let. cap. 6.
c. c. quorun-
dam, 3. dist.
Concil. Arel.
vel. 5. cap. 3.

Concil. Tri-
d. cum declar.
Remiss.

DECLARATIONES.

HOc Decretum de concubinato & alijs impudicijs factum Clericorum, non procedit in simplici incontinentia, sed in qualitate concubinatus. 1 *[A sacris Canonibus.]* Patroni possunt (si ad eos spectat potestatio alicuius beneficij, per concubinatum detenti) vel alij iurisdictionarii pro suo interesse, in quo ab his percipiunt Sacramenta, auertere eos. Quinimò potest Ordinarius procedere contra ipsos de iure expectata forma huius Textus & vi huius literarum, est enim manifestabile peccatum. 2 *[Quod si à Superioribus moniti.]* Specialiter monendi sunt

tem sol
hoc Dec
quoque
aliam m
tur.
Poter
quando
nis, id
Ab y
rationem
4. Tert
epedita
dicitur
forti de
clerici
tulo non
priuatis
5. Prædi
emptio au
de non
6. Non a
cum in im
7. Cleric
ipso iure
Vide B
Cleric
de Monte
p. 2. l. 43.
prest. tit.
boez Rec
Publicis co
thel. classi.
canj. § 3. p.
quæ in prax
dicitur in co
nec. 7. opt
a. Velext
que qualita
ter. Sayr. d
tit. p. 4. Co
as. Petri. d

sem solum generaliter, puta per edictum. Et hæc monitiones ex hoc Decreto non sunt faciendæ tantum in visitatione, sed & in alijs quoque temporibus fieri debent. At tempus, quod inter unam & aliam monitionem intercedere debet, arbitrio Episcopi relinquuntur.

Poterit Episcopus contra omnes procedere, etiam incarcerando, quando timetur de fuga, iuxta traditâ formam in cap. 6. huius Sessionis, idque absque monitione.

3. *Ad ipsos non abstinerint.* Episcopus procedere potest per denuntiationem ex officio, vel alio, qui sibi placuerit, modo.

4. *Tertia parte fructuum.* Si resignatio parochialis verè fuit Romæ capedita, antequam Ordinarius resignantem, titulo ac beneficio dictæ parochialis priuaret, eadem dicta resignatio suum effectum fortiri debet, nec eam potest Ordinarius infringere, nec aliquam Ecdeliæ pensionem imponere. Itaque pœna quæ statuitur in hoc capitulo non transit ad successorem in beneficio, si concubinarium iure priuatus beneficio illud resignat.

5. *Predictam executionem impediatur.* Predictam executionem exemptio aut appellatio ante vel post diffinitiuam sententiam suspensionem non potest.

6. *Non ad Archidiaconos.* Congregatio censuit, hoc non habere locum in memorabili.

7. *Clerici verò.* Si Clerici concubinarij, notorij sunt, etiam hodie ipso iure à diuinis suspensj (prout in vetere iure) sunt.

REMISSIONES.

¶ Vide Bernard. Diaz in pract. c. 73. Clar. §. Fornicatio, num. 9. vers.

Clericus autem concubinarium, Guid. Papæ, decis. 558. Hieron. de Monte Vari. iuris, q. 18. num. 48. Humad. l. 32. Gloss. 5. num. 6. tit. 5. p. 1. de l. 43. Gloss. 2. num. 3. tit. l. part. 1. Perez, l. 23. vers. Quæritamen possit, tit. 3. lib. 1. Ordin. Matienf. l. 6. Gloss. 2. à num. 23. tit. 8. lib. 5. nouæ Recop. Menoch. de Arbit. casu 418. Rebuff. de concord. tit. de Publicis concub. vers. Prima ergo pœna, Petr. de Bollo in Oecon. Eccl. claus. l. 1. cap. 4. à §. 5. Zerol. in praxi Episcop. p. 1. verbo Concubinarij, §. 3. pag. 60. P. Comitol Respons. Moral. lib. 1. q. 57. P. Valer. Reg. in praxi fori pœn. lib. 30. tract. 3. num. 154. vers. Decimum. Aloyf. Ricci. in coll. decis. p. 4. Collect. 857. Th. Valate. tom. 1. Alleg. 34. numero 7. optimè Petr. de Ledesm. p. 2. lum. tract. 27. cap. 18.

¶ *Velextra detinere.* Quod procedit in simplici incontinentia absque qualitate concubinatus, resoluunt Nau. Conf. 4. sub tit. de Adult. Sayr. decis. 4. sub eod. tit. quem refert Aloyf. Ricci. in Collect. decis. p. 4. Collect. 821. in fine, dicit probabile, sed contrarium probabile, Petr. de Ledesm. d. cap. 18. diff. 3.

Rt 3

7 Alio-

γ Alioquin panis.] An pecuniarijs? Affirmat Aloys. Ricci. Cuius Archiep. Neap. dec. 99.

δ Terria parte fructuum.] An etiam distributionum quoddamum? Affirmat S. yr. decil. 7. de verbor. signific. quem refert Aloys. Ricci. in Collect. 857. vers. Ampha, 2. Petr. de Ledesm. d. cap. 1. sic. 2.

ε Episcopi quoque, &c.] Vide P. Soar. tom. 5. de Censur. disp. 91. lib. 5. ad fin. P. Valer. Reg. in. in praxi fori poen. lib. 32. tract. 2. num. 65. Item ex Concilio, P. Aegid. de Coniug. de Sacram. & Censur. tom. 2. disp. 15. suspent. 27.

C A P V T X V.

Contra Clerici filios.

Concil. Trid. cum declarat. & remiss.

a Concil. 9. Toletan. in c. 70. c. gravis animadversio. c. propositi. 92. dist.

b Ab Alexand. 3. part. 19. c. 3. et in Concil. Lateran. c. 14. c. 2. et per totum de fil. presbyter.

VT a paterna incontinentia memoria à locis Deo consecratis, quos maxime puritas, sanctitasque decor, longissimè arceatur; β non liceat γ & ceter. filijs Clericorum, 3 qui non ex legitimo nati sunt matrimonio, 4 in Ecclesia, ubi eorum patres 5 β & ceter. beneficium aliquod clericale habent, aut habuerunt, 7 quodcumque etiam simile beneficium obtinere, 8 β o & ceter. nec in dictis Ecclesiis 9 quoquo modo ministrare, 10 nec pensiones super fructibus beneficiorum, quæ parentes eorum obtinent, vel obtinuerunt, habere. 11. Quod si in presentipater, & ceter. 12 et in eadem Ecclesia beneficia τ obtinere 13 repræsentantur, cogatur filius suum beneficium resignare, aut cum alio permutare extra Ecclesiam 15 intra trium mensium spatium, aliàs ipso iure eo priuatus existat, & super ijs quecumque dispensatio surreptitia censetur. φ Ad hæc, res proca resignationes, si quæ posthac à parentibus Clericis in fauorem filiorum fient, ut alter alterius beneficium consequatur: in fraudem huius Decreti, & ceter. canonicarum sanctionum factæ omnino censentur: nec collationes secutæ, vigore huiusmodi signationum, seu aliarum quarumcumque, quæ in fraudem factæ fuerint, ipsis Clericorum filijs sustineantur.

1 V in qu... iure co... prohib... tur qu... media... cio eo... sine in... obtine... iam m... hibeat... rum, q... terunt... 2 Lo proced... spectu... lonam... Stans... 3 Qu corum... taro... 4 In Concil... rum in... publies... tantur... illeg... eliam e... etiam e... cetero, ... Quod... tinere... cessorio... ministr... Hab... nonica... ad dig... Pat... ius filio... Non... me ex...

DECLA

DECLARATIONES.

1 *Ve paterna incontinentia.*] Hoc Decretum à iure communi differt in quinque: Primò: quod non solum ratione successione, (prout de iure communi,) sed etiam ob incontinentiæ memoriã inualuit hæc prohibitio. Secundo: quod ratione talis memoriæ legitimè arceatur quis non solum immediatè, prout de iure communi, sed etiam mediatè. Tertiò: quod non solum prohibetur successio in beneficio eadem, sed & in alio quocunque, etiam dissimili, dummodo fiat in eadem Ecclesia. Quartò: quod non solum prohibetur filius obtinere beneficium in eadem Ecclesia in qua Pater obtinet, sed etiam ministrare, cum iure communi tantum Pater ministrare prohibetur. Quintò: quod nec pensiones super fructibus beneficiorum, quos parentes eorum obtinuerunt, vel obtinent, habere poterunt filij.

2 *Longissimè arceatur.*] Hunc Textum sacra Congregatio censuit procedere non solum in filio respectu patris, sed etiam in nepote respectu aut, propter verbum, *longissimè*, quod excludit omnem personam etiam mediatam, vt dictum est. Vide infra, hoc cap. §. Stante.

3 *Qui non ex legitimo matrimonio nati sunt.*] Filij illegitimi clericorum non prohibentur à Concilio Tridentino cum patribus habitare.

4 *In Ecclesiis, ubi eorum Patres.*] Filij Presbyterorum Decreto hoc Concilij Trid. nō prohibentur retinere beneficium legitimè obtentum in eadem Ecclesia, in qua fuit beneficiatus pater eorū, qui ante publicationem eiusdem Concilij è vita migravit, quia hoc Decreto tantum prohibentur in futurum obtinentes.

Illegitimus, cuius Pater fuit Rector Ecclesiæ matricis, potest Ecclesiam filialem obtinere dependentem, seu alias illi unitam, in qua etiam eadem matrix habet quædam iura Parochialia, saluo hoc Decreto, nisi vnio facta sit per viam subiectionis Ecclesiæ matricis. Quod si beneficia sunt vnita æquè principaliter, tunc illegitimi obtinere non possunt: si verò non sunt vnita æquè principaliter sed accessorie, tunc possunt, si tamen dictæ Ecclesiæ unitæ non tenentur ministrare in principali.

Habens Canonicatum in Ecclesia, in qua Pater eius similiter Canonicatum obtinuit, non potest in eadem Ecclesia de Canonicatu ad dignitatem ascendere.

Pater, qui est Coadiutor filij in Canonicatu, cedere tenetur omne ius filio, possit tamen sibi aliquem seruare fructum aut pensionem.

Non sunt tolerandi in Ecclesia, sed expellendi Canonici illegitimi ex presbyteris & solutis mulieribus nati. Non comprehenditur

hoc Decreto is qui literis Apostolicis non expeditis, nec possessione secuta, cessit in fauorem alterius in manibus Pontificis. Secus autem dicendum est de eo, qui literas expeditur, possessionem accepta procuratorem, quamuis numquam in Ecclesia ministrasset, tunc per prouisionem acquiritur ius in re, & causatur vitium in persona filij per Patris intitutionem. Abbas in c. *Transmissa*, num. 6. ab *his Presb.*

5 *Beneficium aliquod Ecclesiasticum.*] Concilium Tridentinum non prohibet, quin Pater & Filius possint celebrare Missam in eadem Ecclesia, dummodo ambo non obtineant beneficia in ea, sed id fiat ab altero causa legati, quod legatum sit Missam celebrantibus.

Ad Episcopum N. scribatur, vt desinat molestiam exhibere presbytero N. illegitimo celebranti missam ob quoddam legatum in eadem Ecclesia, in qua Pater celebrat ob deuotionem, cum neciter habeat beneficium, quia hic casus non est prohibitus a Concilio.

6 *Habent, vel habuerunt.*] Non dicitur ille habuisse, ad hoc comprehendatur sub hoc capitulo, qui prouisus, sed literis non expeditis, & possessione non habita cessit alteri. *Supra, hoc e. Non sunt.*

Hæc verba, *habent vel habuerunt*, intelliguntur de futuro, scilicet post publicationem Concilij, non autem ante Concilium. Congregatio censuit, eum comprehendere hoc Decreto qui per procuratorem acquirit ius in re, hæc enim causat vitium in persona filij per patris institutionem. Si verò per solam publicationem Pater obtinuit beneficium, cum vel literas non expeditis, nec possessionem cepit, secus censuit Congregatio, quia ante literarum consecutionem gratia non est perfecta, sed informis.

Præsumpta dispensatio, quæ fundatur in Regula de Trinitate non habet locum contra hoc Decretum, quia dicta Regula requirit titulum coloratum, vt late in c. 4. Sess. 7.

7 *Quodcumq; etiam dissimile.*] In Ecclesijs quæ dicuntur esse loci aliarum Ecclesiarum (sicut sunt aliquæ in Hispania) in quarum altera residens præsupponitur residere in principali, non potest Pater residere in vna, & filius in altera.

Cum Pater habente præbendam Theologalem in Ecclesia in qua eius filius illegitimus Canoniarum derinebat, & cum filio qui Canoniarum dimittere tenebatur; ob suarum virtutum merita & testimonium ipsius Episcopi fuit dispensatum, dum modo Pater abstineret ab Ecclesia, sed legeret per substitutum ab Episcopo eligendum cui assignetur aliqua portio arbitrio eiusdem Capituli & Episcopi.

8 *Nec in dictis Ecclesijs quoquomodo ministrare.*] Dubitarum fuit, an filius illegitimus laicus, qui in Ecclesia in qua Pater beneficium habet

Concil. Trid.
cū declar.
inuenit in
p. 632

non habet portionem, sed vt Cantor musicæ tantummodo in Ecclesia cantat, prohibeatur cantare per istum textum? Congregatio die Decemb. 1574. censuit affirmatiuè, quia Concilium dicit, *quoquomodo ministrare*, eadem enim ratio est, siue ministret in officio, siue in beneficio. *Inf. hoc c. §. Quoquomodo.*

Filius Clerici hoc Decreto non prohibetur, quo minus tanquam Capellanus amouibilis deseruire possit atq; obtinere beneficium in Ecclesia, in qua eius Pater nunquam fuit intitulus ad aliquod beneficium Ecclesiasticum, licet pro Capellano amouibili inseruierit in eadem Ecclesia.

In ciuitate Leodinesi sunt plures Collegiatæ: Decani & Canonici vigore cuiusdam statuti accedunt per certas processiones in certis festis diebus anni ad Cathedralē, & ibi canunt vnum Versiculum, seu Collectam: hoc stante, fuit pluries dubitatum, an valeat electio facta de filio illegitimo ad Decanatum vnius illarum Ecclesiarum Collegiatarum, cum prædicta teneatur præstare in Cathedrali, in qua Pater eius Canonicus fuit: Congregatio censuit, filium prædictum illegitimum, incapacem esse huius Decanatus, quia quoquo modo inseruire dictæ Ecclesiæ videtur.

¶ Quoquomodo ministrare. Non solum filius non potest retinere beneficium in ea Ecclesia, in qua pater obtinuit, sed nec canere in eadem Ecclesia, tanquam Musicus simplex. *Sup. hoc c. §. Nec in dictis.*

¶ Nec pensiones. Idem decretum locum non habet in ijs filijs Presbyterorum, qui pensiones super beneficio à patre obtento ante Concilium Tridentinum, & illius confirmationem obtinuerunt.

Cum filio obtinente pensionem in Ecclesia N. in qua Pater habuit Canonicatum, quem resignauit, fuit dispensatum.

Filius illegitimus Presbyteri dimidium beneficium habens in illa Ecclesia in qua Pater eius olim beneficium habuit, non potest ascendere ad integram portionem.

Filius Presbyteri illegitimus non potest obtinere beneficium, quod olim pater eius absq; legitimo titulo, & minus pacificè aliquam diu possedit, die 4. Septemb. 1586.

¶ Quod si in presenti. In petitione presbyteri N. de resignatione Canonicatus nepoti coadutori, quæ ideo fit, vt eius filius possit obtinere eum quem habet in eadem Ecclesia Canonicatum, visum est dauitum spatium sex mensum filio ad permurandum, ita tamen vt interea ab Ecclesia omnino absteat.

Illegitimo N. habenti beneficium Patrimoniale, quod permurari non potest in Ecclesia, in qua idem pater habet, sed non seruit, vt potius in lecto Paralyticus, concessum est, vt retineat, quia non potest permurari.

Spurij petentes in posterum pro transitu ad honorem, afferant Testimonium & Episcopi commendationem, & maioris partis sui Capituli.

Postulantibus, dum vivit alter, vel pater, vel filius, utrumque possit ire ad aliam Ecclesiam, & altero mortuo, de consensu Episcopi & Capituli liceat alij ad primam Ecclesiam redire, non obesse illi.

Stante supradicta declaratione, vid. quod Concilium non comprehendat nepotem legitimum ex filio seu filia illegitimo relicta beneficij, quod avus obtinuit, dubitatum est, an etiam procedente veniente ipso avo, adeo ut nepos ex filia illegitima, siue illa vivat, siue non, possit obtinere pensionem super beneficio Parochiali, quod avus possidet? Congregatio die 13. Maij 1586. censuit affirmare, ut arceatur memoria prioris incontinentiæ, licet quidam Illustrissimi dicerent contrariam opinionem esse de iure veriorum, ex sententia Rotæ.

Cardinali N. dubitanti an nothi Parochias obtinere possint, responsum est respondendum Concilium Tridentinum de hoc non esse loquentem.

12. *In eadem Ecclesia beneficia obtinere.* Idem esset si vnum tantum, sed esset in persona patris & filij cum alternativa residentia.

Dicitur & aliud obtinere resignatarius cum reservatione in eadem denominationis, nec non fructuum pro resignante, perinde ac resignasset. Unde resignatarius censetur privatus titulo, si post publicationem Concilij intra tempus hic prescriptum non resignaverit, si tamen eius viveret beneficiarius, in ea Ecclesia verè beneficiatus est, licet reservatis fructibus ut supra: secus verò si eius Pater eadem Ecclesia beneficiatus ante prædictam publicationem Concilij fuisset mortuus: Tunc enim eueniente morte resignantis illud beneficium plenè possidere potest, fructusque inde percipere pleno iure, & tuta conscientia tanquam ante Concilium acceptos.

13. *Reperiatur.* Etiam si esset factus coadiutor, reuertente tamen mensis a die mortis patris resignare.

14. *Cogatur filius suum beneficium resignare.* Si heres locus regredi sui, & qui regressum habet, nollet consentire; oblata prius negotiatione cum honesta pensione & non acceptata; admittitur resignatio, & regressus suspenditur utique ad cessum vel decessum resignantij.

Filius omnino cogendus est resignare beneficium, quod obtinet in illa Ecclesia, in qua Pater obtinuit, quia filius semper reputatur incontinentiam paternam. Hoc tamen moderatum quandoque fit de consensu Ordinariorum, si Pater resignasset sua sponte suum beneficium.

15. *Intra trium mensium spatium.* Filij intra trium mensium spatium resignare debent sua beneficia: quod admodum verum est, ut si post dictos tres menses non resignauerint, nihil eis profit hoc censetur.

R. E. M. I. S.

Concil. Trid.
cum declar.
et remiss.

REMISSIONES.

Longissime arceatur.] Si per triginta annos alius mediate successerit, quod videretur filium posse in eo succedere, docet Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gl. 5. n. 33.

Non liceat.] An liceat illa beneficia, quae pater ante hanc Constitutionem dimisit, obtinere? Affirmat & resolutum fuisse refert Farin. dec. 81.

Filijs clericorum, qui non ex legitimo nati sunt matrimonio.] Quod filius natus ex legitimo matrimonio potest obtinere beneficium patris, resoluunt Fr. Emman. in summ. tom. 1. ca. 29. nu. 4. verfi. *Lopriero*, Veg. p. 1. cap. 36. casu 18. verfi. *Lo quarto*, Garfi. de Benef. p. 7. c. 3. num. 18.

An prohibitio haec procedat in filijs naturalibus, procreatis ante clericatum? Affirmat Balb. decif. 29.

An procedat in illegitimo Religioso? Negat Sayr. dec. 4. sub tit. de filijs presbyter.

An habeat locum in nepotibus legitimis filiorum ex filio illegitimo, respectu beneficii sui? Affirmant Rebuff. Rojas, & Mier. quos refert Garfi. d. c. 3. n. 21. Salzed. in pract. c. 48. lit. A. P. Lessi. de Iust. li. 2. c. 34. nu. 91. Negant Navar. conf. 9. num. 9. sub tit. de filijs presbyt. Spin. in Speculo Testam. gl. 3. a num. 23. Sayr. de Censur. lib. 6. cap. 10. nu. 46. & decif. 9. de filijs presbyt. Balb. decif. 21. P. Azor. inst. Moral. part. 2. lib. 6. c. 4. quæst. 17. Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 397. num. 6.

An è conuerso prohibeatur pater succedere in beneficio filij? Negant Rebuff. in praxi tit. de Dispensat. super defectu natalium, n. 29. Fr. Emman. d. c. 29. n. 4. in fine, Quijana d. Ecclesiast. li. 2. n. 95. Nicol. Garfi. d. c. 3. nu. 28.

Beneficium aliquod habent.] Quod pater clericus habens facultatem transferendi pensionem, potest illam transferre in filium illegitimum, resoluunt Gig. de Pensionib. q. 86. n. 5. Flam. de Resign. li. 6. q. 4. nu. 21. & 22. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gl. 5. n. 22. & 23. P. Azor. Inst. Mor. p. 2. li. 8. c. 8. q. 7. Nicol. Garfi. d. c. 3. n. 34. Steph. Grat. discept. forens. cap. 397. num. 1. & 7. Aloyf. Ricci. in collect. decif. p. 4. collect. 1967. in fine.

Clericum non prohiberi obtinere beneficium in Ecclesia, in qua eius pater nunquam fuit intitularus ad aliquod beneficium intitularum, licet pro Capellano inseruerit in eadem Ecclesia, resoluunt Nicol. Garfi. de Benef. p. 7. cap. 3. nu. 72. Steph. Gratian. discept. forens. cap. 397. nu. 24. cum seqq. Nec prohiberi obtinere Canonicatum, qui erat portio tempore quo pater illum obtinebat, refert Achill. de Graf. decif. 1. de filijs presbyter. Nec prohiberi succedere in Capellania, quæ

quæ fundari solet, maxime in Hispania, abiq; aliqua Episcopi vel alterius superioris auctoritate, vt in illis succedant electi de parochia, asserit Gonzal. d. gl. 3. n. 33. & seq.

*Decisiones Illustriss. Cardinal. adductæ per Garsum
locis infrà citatis.*

Prima. Congregatio Concilij censuit, Canonicum illegitimum, cuius pater possessionem alterius Canonici in eadem Ecclesia apprehendit, licet in dicta Ecclesia non ministravit, nec aliquid perceperit ex fructibus ipsius Canonici, comprehendendum esse decreto Concil. sess. 23. cap. 15. Illum vero, cuius pater sibi Romani Pontif. signatura sibi obtinuit conferre Canonici in eisdem Ecclesia, sed neque literas Apost. expedivit, neque in eadem habuit possessionem, non comprehendit, refert Garf. de Benef. par. 1. cap. 3. nu. 55.

A Secunda. Non dicitur habuisse, ad hoc vt comprehendatur, hoc cap. ille, qui fuit pronus, & literis non expeditis, & possessionem non habita, cessit alteri, refert Garf. d. c. 3. nu. 50.

Tertia. Filius presbyteri illegitimus non potest obtinere beneficium, quod olim pater suus absque legitimo titulo, & minus proficè possedit, refert Garf. d. c. 3. nu. 59.

Quarta. An illegitimus obtinere possit Ecclesiam filialem, quando eius pater obtineret matricem? Fuit dictum posse, quando obtinentes filiales non tenerentur ministrare in matrice, refert Garf. d. c. 3. n. 63. vbi etiam dicit procedere quoad Ecclesias filiales, quæ sunt beneficia de per se, & distincta à matricibus, & n. 65. resoluunt quod vnio facta sit accessorie, & pater habuit, seu habet Ecclesiam, seu beneficium principale, filius potest obtinere vnitam, tanquam Vicarius perpetuus, seu tanquam Vicarius temporalis.

Quinta. Item fuit quaesitum, an filius illegitimus per Concilium cap. excludatur, ne possit obtinere beneficium in Ecclesia, in qua pater habuit solam sedem in choro, ratione dignitatis, quam in eadem Ecclesia obtinebat? Congregatio respondit excludi, & refert Garf. d. c. 3. num. 66.

Nec in dictis Ecclesiis quoquo modo ministrare. Neque Missam celebrare, aut Epistolam canere, neq; Sacristæ aut Cantoris officia fungi posse resoluunt Nau. conf. l. q. 17. sub tit. de Constitut. Sac. Concil. i. sub eod. tit. quem refert Aloyf. Ricci. in collect. dec. p. 4. c. 1. d. 1367. vers. Tu amplia, Steph. Grat. discep. forens. c. 397. n. 26. c. 1. d. 1367. vbi n. 28. restatur, quod nec etiam Antiphonam in ea canere ratione oneris beneficii alterius Ecclesie annexi, de quo etiam Aloyf. Ricci. Curia Archiep. Neap. decil. 3.

Sacra Card. Congr. ita censuit: Concil. Trid. non prohibet, quia pater & filius possint celebrare Missam in eadem Ecclesia, dummodo

Concil. Trid.
cum declar.
in sum. p.
quasi. g.

ambo non obtineant beneficium in ea, sed id fiat ab altero deuotionis gratia, ab altero causa legati, quod relictum sit Missam celebrantibus, refert Nicol. Garfi. d. c. 3. n. 73.

Item censuit filios illegitimos clericorum non prohiberi à Concilio, cum patribus habitare, refert Garfi. d. c. num. 74.

In eadem Ecclesia beneficia obtinere.] Sacra Card. Congr. ita censuit: Idem esset, si vnum tantum, sed esset in persona patris & filij cum alternatiua residentia, quo casu fuit decretum, quod pater in totum cederet filio totum ius, quod haberet, reseruata sibi pensione, & perpetuò abstineret à seruitio.

Obtinere.] An collatio ei facta sit ipso iure nulla? Affirmat Sayr. decis. 1. de Constitut.

Cognatur filius.] Vide Flamin. de Resign. li. 3. qu. 18. num. 38.

Adhaec reciproca, &c.] Vide Nauar. cons. 5. de Renun. Fr. Emman. in sum. par. 1. c. 56. n. 9. & faciunt quæ scribit Flamin. de Resign. li. 14. quest. 9.

CAPVT XVI.

Beneficia habentia annexam curam animarum non conuertantur in simplicia. Vicario, in quem translata fuerit cura animarum assignetur congrua portio, & reapplicetur animarum cura cum titulis.

Statuit sancta Synodus, vt Ecclesiastica beneficia secularia, quocumque nomine appellentur, quæ curam animarum ex primæua eorum institutione, aut aliter quomodocumque retinent, 1 illa deinceps in simplex beneficium, etiam assignata Vicario perpetuo congrua portione, 2 non conuertantur: non obstantibus quibuscumque gratijs, quæ suum plenarium effectum non sunt consecuta. In ijs verò, in quibus contra earum institutionem, seu fundationem cura animarum in Vicarium perpetuum translata est, etiam si in hoc statu ab immemorabili tempore, reperiuntur, si congrua portio fructuum Vicario, quocumque nomine is appelleretur, non fuerit assignata, ea quamprimum, & ad minus intra annum à fine præsentis Concilij, arbitrio Ordinarij, a iuxta formam decreti sub fel. rec. Paulo III. assignetur. Quod si id commodè fieri non possit, aut intra dictum terminum factum non erit:

à Sup. sess. 7. de ref. c. 7.

erit: cum primùm per cessum vel decessum Vicarij, seu Rectoris, aut quomolibet alterum eorum vacauerit, beneficium curam animarum recipiat, ac Vicarij nomina cesset, 3 & in antiquum statum restituatur.

REMISSIONES.

Quomodocunque retinent.] Vide Zerol. in praxi Episcop. par. verbo Vnio. §. 3. pag. 348.

CAPVT XVII.

Episcopi vbiq; viuant tanquam Patres & Pastores secundum gradus sui decorum, nullibi autem indignè se demittant.

¶ Vnde Conc. Agat. ca. 23. nec Episc. posteriori finit, priori prapri, & 3. Braccar. c. 24. c. quanto, de off. ord. & supra sess. 24. de reg. c. 4. b. Sup. c. 6. c. Valentinian. 63. dist. c. Ep. in Ecclesia 95. dist. c. qui dubitet, c. duo sunt, cum seq. 96. dist. c. soluta, de monio. & obed.

Non potest sancta Synodus non grauius dolere, et diens Episcopos aliquos, sui status a obliuio, Potestificiam dignitatem non leuiter dehonore, qui cum Regum ministris, Regulis, & Baronibus in Ecclesia, & extra, indecenti quadam demissione se gerunt, & vel inferiores ministri altaris, nimis indignè non solum loco cedunt, sed etiam personaliter illis inserviunt. Quare hæc, & similia detestatur sancta Synodus, sacros Canonones omnes, Conciliaque generalia, & atque alias Apostolicas sanctiones ad dignitatis Episcopalis decorum, & grauitatem pertinentes renouando, præcipit, vt ab eiusmodi in posterum Episcopi se absteant; mandatis eisdem, vt tam in Ecclesia, quam foris suum gradum, & Ordinem præ oculis habentes, vbiq; se Patres, & Pastores esse meminerint; reliquis verò tam Principibus quam cæteris omnibus, vt eos paterno honore, & debita reuerentia prosequantur.

tur.

CAPVT

CAPVT XVIII.

Canones exactè seruentur ab omnibus indistinctè: si quando in eis dispensandum, id valide, mature, & gratis fiat, alioquin dispensatio sit surreptitia.

Sicut publicè expedit, legis vinculum quandoque relaxare, vt plenius, euenientibus casibus, & necessitatibus, pro communi vtilitate satisfiat: sic frequentius legem soluere, exemploq; potius, quàm certo personarum, rerumq; delectu, petentib. indulgere, nil aliud est, quàm vnicuiq; ad leges transgrediendas adire. *a* Quapropter sciant vniuersi, sacratissimos Canones exactè ab omnibus, & quoad eius fieri poterit, indistinctè obseruandos. Quòd si *a* vrgens, iustaq; ratio, & maior quandoque vtilitas postulauerint, cum aliquibus dispensandum esse, *b* id sit *a* causa cognita, ac summa maturitate, atque gratis, à quibuscumque, ad quos dispensatio pertinebit, erit præstandum: aliterq; facta dispensatio surreptitia censeatur.

a c. si Remo
not. 19. dist. c.
si quis omni
1. q. 7. c. 1. de
constit.
b c. 1. de vob.
10.

REMISSIONES.

*V*rgens, iustaque.] Ad dispensationem debere cum legitima auctoritate concurrere rationabilem causam, iuxta viii boni arbitrium, resoluunt P. Valer. Reginal. in praxi fori pœnit. li. 3. c. 19. nu. 194. cum seqq. Fr. Ioa. de la Cruz de statu Relig. li. 2. c. 1. dub. 1. & *Causa cognita.*] Vide P. Sanch. de Matr. li. 3. di. 8. n. 3. & li. 8. disp. 17. n. 10.

CAPVT XIX.

Quicumq; Domini temporales locum ad monachiam concedentes sint ipso facto excommunicati, & privati certis privilegiis ab Ecclesia obtentis. Ipsi quoque duellantes & eorum patrini grauib. pœnis plecluntur.

*D*estabilis a duellorū vsus, fabricante diabolò, introductus, vt cruenta corporum morte, anima-

a c. 1. de ter.
necum.

animarum etiam perniciem lucretur, ex Christiano ob-
penitus exterminetur: Imperator, Reges, Duces, Princi-
pes, Marchiones, Comites, & quocumque alio nomine
Domini temporales; qui locum ad a monachatum
tertius suis & inter Christianos concesserint; eo ipso sunt
communicati, ac iurisdictione, & dominio civitatis, ca-
stri, aut loci, in quo, vel apud quem duellum fieri permi-
serint, quod ab Ecclesia obtinent, privati intelligantur:
& si feudalia sint, directis dominis statim acquirantur:
Qui vero pugnam commiserint, & qui eorum Patrini voca-
tur, excommunicationis, ac omnium bonorum suorum
proscriptionis, ac perpetuæ infamiae pœnam, & ut homicidæ,
& ut homicidæ, b iuxta sacros Canones, puniri debent.
Et si in ipso conflictu decesserint, perpetuò & careant
sacra sepultura. Illi etiam, 2 qui consilium in causa duelli,
tam in iure, quam facto dederint, aut alia quacumque
ratione ad id quemquam suaserint, nec non spectatores,
excommunicationis, ac perpetuæ maledictionis vinculo
teneantur: non obstante quocumque privilegio, seu
consuetudine, etiam immemorabili.

DECLARATIONES.

1 Qui vero pugnam.] Qui ex condito & statuto tempore, & loco
constituto commiserint duellum, etiam si nulli patrini socij
vocati fuerint, vel loci securitas habita, bullæve provocatorum
aut denunciations cartulæq; præcellerint, censuris & pœnis
Concil. Trident. impositis penitus tenentur, ac si publico & consuetu-
tino singulari certamen iniussent, iuxta Bullam Gregorij XIII. in-
finitam, Ad tollendam detestabilem duellorum, publicatam 9. Decem-
br. 1582.

2 Qui consilium.] Locorum Domini si certamen huiusmodi
condito huiusmodi permiserint, aut, quantum in se fuerit, pro-
hibuerint, omnesq; illud fieri mandantes, instigantes, auxiliantes
consilium & favorem dantes: equos, armâ, pecuniam, committentes
alia subsidia scienter subministrantes: aut ex proposito spectatores,
vel socios quovis modo se præbentes, eisdem pœnis subiacent, etiam
illi, qui ad locum destinatum pugnaturo accesserunt, impedire
nam non commiserint, si per ipsos non stent, quo minus illa exten-
deretur. Ita Greg. XIII. in eadem iam dicta Bulla. Artamen 8. Decem-
bris 1582.

a de ea Ni-
colaus 1. de
cretorum su-
rum titul. 22.

b e. 2. de cler.
pugnan in
duel. de toy-
neam. per to-
tum, & toto
tit. de hmi.

Concil. Tri-
d. cum declar.
in materia
duellorum

Greg. XIII. audita relatione respondit postmodum hoc Decretum in duellis solemnibus, & publicis, non autem in priuatis habere locum. Nouissimè pro hac materia videnda est Bulla S. D. N. Clementis VIII. edita Kal. Septemb. 1592. quæ incipit, *Detestabilis duellorum usus.*

REMISSIONES.

Vide Ordinā. Regiam Lusitanorum lib. 5. tit. 43. Syluest. Caiet. Armil. & alios Summistas verbo Duellum, Salzed. ad Bern. in pract. cap. 100. Azeued. l. 10. n. 18. tit. 8. lib. 8. nouæ Recop. Nau. consil. & 2. de Purgat. vulgari, Bannes in 2. 2. q. 64. art. 7. dub. 3. Mench. Ilustr. c. 49. n. 11. cum seqq. Valent. 2. 2. disp. 3. qu. 17. puncto 1. Farin. in praxi crim. lib. 4. q. 119. n. 28. & consil. 9. lib. 1. Fr. Emm. q. Regul. tom. 3. q. 61. art. 1. vers. 12. Zerol. in praxi Episcop. verbo Duellum, Quarant. in Summa Bullarij cum addit. Prosper de Augustino verbo Duellum, pag. mihi 218. Sayr. in Clau. Regia, li. 7. c. 13. n. 11. cum seqq. & de Centur. l. 3. c. 31. a. n. 29. nouissimè Pet. Caball. in tract. de omni genere homicidij, à nu. 76. cum multis seqq. plures ex antiquioribus referunt Cened. ad Decret. collect. 117. n. 4. Et ex doctissimis Religiosis Societatis Iesu vide P. Henric. in Sum. l. 13. c. 39. §. 3. P. Paul. Comitol. Resp. Mor. li. 6. q. 13. cum seqq. P. Molin. de Inst. tract. 3. dis. 17. P. Mart. Delr. Disquisit. Magic. l. 4. c. 4. q. 4. sect. 2. optimè P. Valer. Regia. in praxi forensi. li. 21. c. 7. à n. 73. nouissimè P. Sanc. in Præcepta Decalogi, lib. 2. c. 39. n. 19. cum seqq.

Constitutionem Clem. VIII. incip. Illius vices, quam edidit anno Dom. 1591. renouare Bullam quandam de hac re editam à Pio IV. & confirmare alteram Greg. XIII. incip. Ad tollendum, editam anno incarnat. 1582. Dec. refert latè, & eleganter P. Valer. Regia. d. lib. 21. c. 82. cum seqq. vbi resoluit, Greg. XIII. in prædicta Bulla extendere impeditas in Concilio in præsentia pœnas aduersus omnes illos, qui non publicè quidem, priuatim tamen ex conducto, statuto tempore, & in loco conuento monomachiam commiserint, etiam si nulli parati, socijve ad id vocati fuerint, nec loci securitas habita, nullæ provocatoris litere, ut denunciationis chartulæ præcesserint. Quas etiam pœnas extendere testatur contra locorum dominos, si certamina ex conducto permisserint, aut quantum in se fuerit, non prohibuerint, nec non contra eos omnes, qui duellum huiusmodi fieri mactauerint, instigauerint, auxilium, consilium, vel fauorem dederint, aut equos, arma, pecuniam, comesturam, & alia subsidia, scienter subornauerint, aut ex cõposito spectatores, vel socios, si se quocumque modo præbuerint, etiam si illi, qui ad locum destinatum pugnant accellerant, impediti pugnam non commiserint, per se ipsos non detulerint quominus illa committeretur.

2 Vtrum liciti sint conflictus illi particulares, qui inter bellicosos
 lent fieri tempore belli, inter vnum, & vnum, decem, & decem, &c.
 Vide Caiet. 2. 2. q. 95. in fin. Petr. à Nauarra. li. 2. de Rest. c. 3. n. 19. &
 296. P. Sanch. in præcepta Decalogi li. 2. c. 39. à nu. 11. P. Valer. Regi.
 d. li. 21. num. 79.

3 Vtrum Concilium in præfenti procedat, quando duellum inter
 commissum in loco priuato, & non turo, sine patris, socijs, &c.
 vocatis, ac sine prouocatorijs literis, & chartellis, ac etiam pugnæ
 non perfecta? Affirmant P. Val. Regi. in citato loco, Joseph. Lab.
 Perus. decis. 11. Aloys. Ricci. in collect. decis. p. 3. collect. 616. Fama.
 d. conf. 9. n. 34. Quarant. d. verbo Duellum, ver. Nouissimè, vnde
 fert ita declarasse S. D. N. Clement. VIII. die 2. Septembris. 1592. Do-
 gant, resoluentes, Concilium in præfenti de solo Duello solemni, quod
 auctoritate publica, & patris fiebat, loquutum fuisse Bonacis à
 sua Polit. li. 2. c. 14. n. 41. & post Naua. & P. Soar. P. Sanch. d. 29. n. 20.

4 An pro honore defensione duellum licitum sit? Negant Bernard.
 Grauz ad præf. Cameræ Imper. lib. 2. concl. 100. confidat. P. Valer.
 Regi. d. li. 21. n. 80. vbi etiam resoluit, nulla vnquam de causa licita
 fuisse duellum suscipere.

5 Inter Christianos concesserunt.] An procedat inter infideles? Negat
 P. Marr. Del. d. qu. 4. n. 16. P. Sanch. d. ca. 39. nu. 29. vbi secus dicitur
 Christiano pugnaturo cum infideli in suo Regno locum concedere.

6 Incurrant.] Vide P. Valer. Regi. d. li. 22. n. 76. post princip. vnde
 soluit, non ob stare quod Concilium in præfenti statuit verbi tem-
 peratiui modi, quæ videri possunt significare non sententiam
 sed ferendam per iudicem, quia ea non diriguntur ad iudicem,
 censentur requirere illius rationem, sed ad reum, quæ per impo-
 um efficax ligauit.

7 Caveant Ecclesiastica sepultura.] Mortes in duello sepeliri
 priuati, resoluunt D. Martin. Carrillo en la Explicacion de la Ley
 de los defunctor, par. 2. c. 4. n. 55. P. Valer. Regi. d. lib. 22. num. 71. et
 Accedit.

CAPVT XX.

Cogantur omnes Principes Catholici conseruare omnia sancta
 bus immunitas ecclesiastica declaratur, à pradietorum Prin-
 cipum Officialibus minimè ladenda, sed bene
 conseruanda.

C Vpiens sancta Synodus Ecclesiasticam disciplinam
 in Christiano populo non solum restitui, sed etiam
 perpetuò sanctam rectam à quibuscumque impedimentis
 conseruari, præter ea quæ de Ecclesiasticis personis con-
 stant.

stituit, seculares quoque Principes officij sui admonen-
 dos esse censuit, confidens eos, vt Catholicos, quos Deus
 sanctæ fidei Ecclesiæque protectores esse voluit, ius suum
 Ecclesiæ restitui, non tantum esse concessuros, sed etiam
 a subditos suos omnes ad debitam erga Clerum, Paro-
 chos, & superiores Ordines reuerentiam reuocatos;
 nec permitturos, vt Officiales, aut inferiores magistratus,
 Ecclesiæ & personarum ecclesiasticarum immunitatem,
 Dei ordinatione, & *Canonis sanctionibus constitutam*, ali-
 quo cupiditatis studio, seu inconsideratione aliqua vio-
 lent; sed vnâ cum ipsis Principibus debitam sacris sum-
 morum Pontificum, & Conciliorum constitutionibus
 obseruantiam præstent. Decernit itaque & præcipit, c. sa-
 ctos Canones, & Concilia generalia omnia, nec non alias
 Apostolicas sanctiones, in fauorem ecclesiasticarum per-
 sonarum, libertatis Ecclesiasticæ, & contra eius violato-
 res editas, quæ omnia præsentis etiam decreto innouat, ex-
 acte ab omnibus obseruari debere. Proptereaque admo-
 net Imperatores Reges, Resp. Principes, & omnes, &
 singulos, cuiuscumque status, & dignitatis extiterint, vt,
 quo largius bonis temporalibus, atque in alios potestate
 sunt ornati, eo sanctius, quæ Ecclesiastici iuris sunt, tan-
 quam Dei præcipua, eiusque patrociniorecta, veneren-
 tur; nec ab vllis Baronibus, Domicellis, Rectoribus, alijs
 re dominis temporalibus, seu magistratibus, maximeque
 ministris ipsorum Principum lædi patiantur; sed seuerè
 in eos, qui illius libertatem, immunitatem, atque iuris-
 dictionem impediunt, animaduertant: quibus etiam ipsi-
 met exemplo ad pietatem, religionem, ecclesiasticamque
 protectionem existant; *imitantes anteriores optimos,*
 religiosissimosque Principes, qui res Ecclesiæ suæ in pri-
 mis auctoritate, ac munificentia auxerunt, nedum ab
 illorum iniuria vindicarunt. Adeoque ea in re quisque
 officium suum sedulo præstet: quo cultus diuinus deuotè
 exerceri, & Prælati, cæteri que Clerici in residentijs, & of-
 ficijs suis, quieti, & sine impedimentis, cum fructu, & edi-
 ficatione populi, permanere valeant.

a. c. Concil. g.
 hinc, 11. dist.
 1. qui dubi-
 tet. c. duo
 sunt. c. si
 sunt. c. si
 96. dist.

b. T. 11.
 epist. 2.
 c. c. peruenit
 16. dist. c. si
 qui suadete
 17. q. 4. 106
 11. de immu-
 eccle. c. quæ-
 quæ, de censu-
 in 6. c. felicitas
 de pæ. c. lib.
 Concil. Trici-
 nel. vers. sta-
 tutimus; &
 vers. sanc-
 mus, Concil.
 Aquisgran-
 c. 9. Concil.
 Lateranens.
 sub Leone X.
 Sess. 9. & 10.

d. e. Valenti-
 nian. 63. dist.
 c. ecclesia, in
 c. fin. 87. dist.
 c. Constan-
 tin. c. 6. vlt.
 96. dist.

